JOSEPHI VALENTINI EYBEL

U. J. D.

ET JUR. ECCLESIAST. PROF.

PUBL. CÆS. REG.

INTRODUCTIO
IN
JUS ECCLESIASTICUM
CATHOLICORUM.
TOMUS PRIMUS.

COMPREHENDENS PROLEGOMENA.

VENETIIS,

SUMPTIBUS FRANCISCI EX NICOLAO PEZZANA.

MDCCLXXXI.

CUM APPROBATIONE, ET PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO AUCTORIS.

ADumbratio ſtudii Juriſprudentiæ, quam quatuor abhinc annis edidi, cum diſtracta eſſet, nova ejuſdem editio rogabatur. Id, atque benignum illud etiam exterorum de hoc meo labore judicium, non poterat quidem me non ſolari vehementiſſime, non tamen illico permovere, ut abſque omni eam emendatione iteratis typis relinquerem. Ea nempe, de quorum emendandorum juſtitia & proprio dictamine & facta ab aliis obſervatione convictum me fuiſſe fatebar, in aliam potius formam totum opus transfundendum ſuadebant. Re igitur deliberata conſtitui, ut ipſa adumbratio ſtudii Juriſprudentiæ intra limites Encyclopediæ & Methodologiæ, ut ajunt, redacta, oportuno tempore prodeat; nunc vero inde ſeparata Juris Eccleſiaſtici tractatio ad ſublevandos hujus ſcientiæ ſtudioſos tanquam introductio in Jus Eccleſiaſticum Catholicorum emittatur. Quam introductionem porro concepi ita elaborandam, ut Tomus I. Prolegomena de notionibus præviis, & notitia literaria; Tomus II. de diſtinctione utriuſque poteſtatis, & ſummorum Principum Juribus circa ſacra; Tomus III. de ſacro Imperio & ſingulis gradibus Rectorum & Miniſtrorum Eccleſiæ; Tomus IV. de ſummis Sacri Imperii partibus, nempe: de poteſtate inſpiciendi, leges ferendi, judicandi, ac coercendi, atque de ea, quæ inde prodiit Eccleſiæ Catholicæ Politia; Tomus V. de iis, quæ ad proceſſum conſiſtorialem communem, & ad civilia per Jus Canonicum aliter determinata pertinent; Tomus VI. denique de Jure Eccleſiaſtico patrio, nimirum: Germaniæ & Auſtriæ præcipua ſcitu neceſſaria complecteretur. Quod ſi conciſa poſtulas, ea utique jam etiam habes in meo ordine Principiorum Juriſprudentiæ Eccleſiaſticæ, quem totum mox confectum edendo, promiſſa exſolvere non intermittam. Vale. Scribebam d. VIII. Maji, CIↃIↃCCLXXVII.

EDITORIS VENETI
MONITUM.

QUum autem Tomi V. & VI. ab Auctore promiſſi, adhuc publicam lucem non viderint, idcirco quatuor priores tantum, ne iis interim careas, ſtudioſe Lector, præſenti Editione exhibeo; ceteros quoque continuo prolaturus ſtatim ac Germanicis Typis cuſos comperero. Id mei conſilii æqui bonique facturum Juris Eccleſiaſtici ſtudioſum confido.

ELEN-

Digitized by Google

E L E N C H U S
LIBRORUM ET CAPITUM
T O M I I.

LIBER PRIMUS.
NOTIONES PRÆVIÆ DE ECCLESIA ET RELIGIONE.

CAPUT PRIMUM.

De Eccleſia generatim. Pag. 1

I I.

De neceſſitate Religionis revelatæ; & de Eccleſia poſitiva. 2

I I I.

De Religione divina veteris Teſtamenti. 4

I V.

De Religione & Eccleſia Chriſtiana. 5

Digitized by Google

LIBER II.

DE PRINCIPIIS LEGUM ECCLESIÆ CHRISTIANÆ.

CAPUT PRIMUM.

De iis principiis in genere, ex quibus cognoſcuntur poſitivæ leges Eccleſiaſticæ divinæ, eaque occaſione de ſcriptis Sanctorum Patrum, & Symbolis, ac Libris Symbolicis. Pag. 7

II.

De ſacra Scriptura in ſpecie. 9

III.

De Traditione in ſpecie. 13

IV.

De principiis proximis humanarum legum Eccleſiæ ab ejuſdem Rectoribus editarum. 16

V.

De Principiis legum Eccleſiæ etiam in Principum conſtitutionibus collocando. ibid.

VI.

De Jure naturali tanquam proximo principio earum legum, quæ ratione; & remoto illarum, quæ poſitiva Dei hominumque conſtitutione Eccleſiæ innotuerunt. 17

LIBER III.

DE LEGUM ECCLESIASTICARUM COLLECTIONIBUS.

CAPUT PRIMUM.

De Collectionibus legum Eccleſiaſticarum in genere. Pag. 20

II.

De Collectionibus Juris Eccleſiaſtici antiquis. ibid.

III.

De Collectionibus Juris Eccleſiaſtici novis. 23

IV.

De Collectionibus Juris Eccleſiaſtici noviſſimis. 24

V.

De Authoritate Collectionum Juris Eccleſiaſtici. 28

Digitized by Google

LIBER IV.

DE JURISPRUDENTIA ECCLESIASTICA.

CAPUT PRIMUM.

De Indole, partibus, ac diviſione Jurisprudentiæ Eccleſiaſticæ. Pag. 30

I I.

De notitia literaria Jurisprudentiæ Eccleſiaſticæ. 32

I I I.

De neceſſitate, & utilitate Jurisprudentiæ Eccleſiaſticæ, ejuſque ſubſidiis; ac methodo in eadem obſervanda. 43

ADNEXÆ SUNT TABULÆ

I

Canon librorum veteris Teſtamenti. Pag. 10

I I.

Canon librorum Novi Teſtamenti. ibid.

I I I.

Collectiones Juris Eccleſiaſtici majoris nominis adornatæ in Oriente & Occidente. 20

I V.

Collectiones Juris Eccleſiaſtici minoris nominis adornatæ in Oriente, & Occidente. ibid.

V.

Conſpectus Corporis Juris Canonici communis. 23

V I.

Series Decretalium Iſidori, queis in Decreto ſuo uſus eſt Gratianus. 24

V I I.

Concilia Oecumenica Eccleſiæ orientalis. 25

V I I I.

Concilia Oecumenica Eccleſiæ occidentalis. ibid.

NOI

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del Pubblico Reviſor *D. Natal dalle Laſte* nel Libro intitolato: *Joſephi Valentini Eybel, Introductio in Jus Eccleſiaſticorum Catholicorum &c. Stampato*, non v'eſſer coſa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimenti per Atteſtato del Segretario Noſtro niente contro Principi, e buoni coſtumi, concediamo Licenza a *Franceſco Pezzana* Stampator di *Venezia*, che poſſi eſſere ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 10. Gennaro 1780. M.V.

(ALVISE VALLARESSO RIF.
(ANDREA TRON KAV. PROC. RIF.
(

Regiſtrato in Libro a Carte 454. al Num. 1898.

Davidde Marcheſini Segr.

L I-

Digitized by Google

LIBER PRIMUS

NOTIONES PRÆVIÆ DE ECCLESIA ET RELIGIONE.

CAPUT PRIMUM.

De Eccleſia Generatim.

§. I.

QUI ad Deum eodem modo colendum unitis tendunt viribus, ſeu quod idem ſonat, in *Religione* conſentiunt, ab his conſtituitur ſocietas, quæ *Eccleſia* audit. (*a*)

(*a*) Α'πὸ τῦ Εκκαλεῖν, quod innuit *evocationem* ſeu *concionem*. Sumitur ceteroquin hæc vox Eccleſia tam promiſcue, ut non tantum univerſum ejuſmodi cœtum, ſed etiam jam quandam ejus partem in hac vel illa *Provincia*, *Diœceſi*, aut *Parochia* collectam, jam ipſas, in queis Numen colitur, *ædes*; jam ſacram, qua ſalutis æternæ obtinendæ cauſa regimur, *poteſtatem*; jam illorum, penes quos hæc ſacra poteſtas reſidet, legitimum Concilium; imo jam omnem quoque tam *militantium* in terra, quam in æternitate *triumphantium* Sanctorum communionem deſignet. Conſ. Tournel. Curſ. Theolog. Tom. II. Quæſt. 1. art. I. cl. de Riegger Inſtit. Juriſpr. Eccl. Part. I. S. 1. cap. I. §. 3. cl. de Martini Exercit. de Lege Natur. §. 222.

§. 2. Et quando quidem jam recta ratio omnes ad numinis gloriam actionibus internis (*a*) *externiſque* (*b*) illuſtrandam conſentire jubet (*c*) ex ipſo omnium hominum cætu *naturalem*, a qua nemo excludi poteſt, oriri *Eccleſiam* manifeſtum eſt. (*d*)

(*a*) Veluti vera & viva Dei *cognitione*, *amore*, *timore filiali*, *fide rationali* (nam Deo revelanti credendum eſſe, lex eſt jam ipſa ratione innoteſcens) *ſpe*, *obſequio*, *pænitentia*, *oratione*, *grato animo*, aliiſque, quæ ſola mente peragi poſſunt. Conſ. Cl. de Riegger loc. cit. Prol. §. 26. 40. Cl. de Martini Poſit. de lege nat. §. 302. 317.

(*b*) Veluti *profeſſione fidei*, *ſacrorum communione*, & celebrandis hac de cauſa *conventibus*, *ſacrificiis*, *orationibus ſtricte talibus* ſeu invocationibus Dei ore prolatis, quo *Hymni* quoque & *Cantus* pertinent, queis omnibus aut pro bonis obtinendis *ſupplicatur*, aut pro declinandis malis *preces* fiunt, aut *gratiarum actiones*, & *Dei laudes* declarantur, aut pro aliis *interpellatur*. Variis denique *ceremoniis*, ſeu ſignis, quæ attributa divina revocant menti, eandemque, ne diſtrahatur, atque pietas frigeſcat, attentam reddunt. Conſ. Cl. de Riegger loc. cit. §. 40. & ſeq. Cl. de Martini l. c. §. 317. & ſeq.

(*c*) Hoc rationis juſſum, ſicuti quævis lex præceptiva eſt prohibitiva contrarii, eo ipſo ſimul omne cultui divino interno externoque contrarium inhibet; atque adeo *Atheiſmum* tam *theoreticum* quam *practicum*, *ſepticiſmum*, *naturaliſmum*, qui ipſe aut in *Pelagianiſmum* aut *Deiſmum* aut *Pantheiſmum* abit; *Politichiſmum*, *indifferentiſmum*, *materialiſmum*; omnem *blaſphemiam*, *pietatem politicam* ſeu ex *hypocriſi* ſeu ex *Phariſaiſmo* ortam; *pietatem mechanicam*, *pu-*

dorem pietatis, *tædium pietatis*, *odium Dei*, *timorem nude ſervilem*, *irreverentiam*, *inobedientiam*, *deſperationem*; omnem denique *ſuperſtitioſum* de Deo conceptum, ſeu falſam divinitatem vero cultu quis proſequatur, aut creaturis effectus divinos tribuat, ſeu divinitati veræ cultum falſum exhibeat, veluti *Bilem* pro zelo, *triſtitiam* pro amore Numinis, *Paroxiſmos hypochondriacos* pro pugna cum Dæmone ſic habeat, aut ſi occulta Dei judicia temere interpretari, aut cum neglectu propriarum facultatum *implorare miracula*, aut eadem plane *fingere* præſumat; porro ſi non tantum *vulgarium* ſed etiam piarum quarundam *credulitatum* magis, quam neceſſariorum ſalutis remediorum æſtimatione detineatur. Conf. Cl. de Riegger l. c. §. 44. & ſeq. Cl. de Martini l. c. §. 319. & ſeq. ubi ante alia cavet, ne homines cultum rei ſignificatæ debitum ipſis ſignis ac *imaginibus* exhibeant. Conf. quoque R. P. Gregorium Zalvvein in Princ. Jur. Eccl. T. I. Q. II. c. 3. §. 10. p. 188. & 189.

(*d*) Conf. Cl. de Martini l. c. §. 327.

CAPUT II.

De Neceſſitate Religionis revelatæ & de Eccleſia Poſitiva.

§. 3. Eadem autem recta ratio ſimul illi velamento, quod corruptio obduxit, penitus removendo, & imbecillitati, quam quotidie quivis experitur, conſtanter ſuperandæ ſe ſolam imparem eſſe, atque adeo cujuſdam *revelationis* neceſſitatem facile cognoſcit. (*a*)

(*a*) Quis quæſo mortalium non ſibi conſcius eſt illius, quod Apoſtolus ultro confitebatur, dum ad Rom. c. 7. v. 23. ait: *Video autem aliam Legem in membris meis repugnantem LEGI MENTIS meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis?* quis ſibi *malum adjacere & carnem infirmam* non experitur, etſi *ſpiritus* ſit *promptiſſimus?* ſcio equidem, & ne neceſſitati & præſtantiæ legis naturalis contradicere videar, admitto lubens, errores atque vitia ſummorum Philoſophorum non ex juris naturalis uſu, ſed abuſu proveniſſe, & hoc jus eo non obſtante uſque fore neceſſarium, uſque præſtantiſſimum. Verum id quoque abſque omni contradictione ſubjungo, ſolam rationem non ſufficere & propter *hoc ipſum malum, quod cuivis adjacet*, quod illa Philoſophorum vitia peperit, rationi recte agere volenti, ſed impeditæ, & naturæ noſtræ ſemper & adhuc dum de ſe bonæ, ſed *ſub ſervitute corruptionis ingemiſcenti* aliunde, id eſt, *revelatione* ſuccurrendum eſſe. Quiſque puto intelligit, ad hoc, ut homo ambulet, vires ſe movendi eidem eſſe & utiles & neceſſarias & ſummam propterea his viribus eſſe præſtantiam. Porro quivis perſpicit, eaſdem vires ad ambulandum uſque manere & utiles & neceſſarias, & de ſe præſtantiſſimas, etſi cuidam arcte ligato ad ambulandum non ſufficiant. Solve etenim ejuſmodi ligatum, & vide, ut illico ſe exerat harum virium præſtantia & neceſſitas, utpote dum viciſſim omne corpus, etſi omni ligamento ſit liberum, his ſine viribus manebit ſupinum. Sic nobis imbecillitate ligatis vis rationis uſque manet utilis, neceſſaria, & præſtantiſſima, ſic vero etiam hæc vis nobis ſufficit niſi nobis arctiſſime ligatis aliunde ſuccurratur. Paucis! ligatus & ligamentorum ſolutione & naturalibus ſe movendi viribus indiget, & ſic nos in corruptionis ſtatu neque revelatione, neque naturali lumine carere poſſumus. Sane quomodo humana ad peccandum proclivitas emendari, quomodo poſt peccatum juſtitiæ divinæ ſatisfieri, & peccator in gratiam ſummi numinis reconciliari, quomodo clarior quædam vitæ futuræ notio adquiri poſſit, ſolo naturali lumine non adparet, ſed primo accedente revelatione illuſtratur. Sed hoc ipſum, ajunt, in quæſtione eſt, an in hoc corruptionis ſtatu, in quem veluti hæredes venimus, plus, quam hic ſtatus ferat, a nobis exigi ſola ratione intelligatur; & ſi ratione intelligitur, cur ter optimum Numen tot millibus hominum in remotiſſimis mundi plagis rationem quidem ad cognoſcendam revelationis neceſſitatem dederit, ipſam vero hanc neceſſariam revelationem aut eorundem patribus, aut ſi horum vitio periit, iis ipſis extra culpam poſitis non citius, non identidem promulgandam curaverit. Unde duo eſſe: quorum alterutrum nos premet, acuta ſua opinione concludunt; videlicet vel dicti generis homines contra omnem æquitatem ob ignorationem legis non promulgatæ eſſe condemnandos, vel ſi ſalutem æternam ſine lege ipſis revelata conſecuti ſunt, hoc ipſo revelationis corruere neceſſitatem. Tam acuta profecto, quam malitioſa hæc eſt idearum confuſio. Has ipſas ergo ideas ſeparandi, atque ſophiſma totum de-

te-

tegendi cauſa intellectu facile figuremus exemplum. Fac eſſe, ut quis ad perpetua atque omnis generis ſervitia tibi obnoxius valetudinis infirmitate ſeu culpa ſua ſeu caſu corripiatur. Anne hæc infirmitas a ſervo licite fovetur, anne de pluribus, quam quæ infirmitas admittit, ſervitiis in poſterum præſtandis is jam omni cura ſolutus eſſe poteſt. De eo quidem mihi facile perſuadeo, quod ſervum ejusmodi *non plus, quam poſſit, facere* juſſurus ſis, ſed tamen jubebis eum *facere, ut plus poſſit*, & hac de cauſa in ſanitatis recuperandæ remedia inquirat, eademque amplectatur. Etenim *infirmitas finem atque obligationem illius non ſuſtulit*, ſed remoras attulit tantummodo, atque ipſe ſervus, maxime ſi *bonus* atque *fidelis* eſt, ob eandem *permanentem* ſerviendi obligationem ſe ad curandam valetudinem obligatum, & dum ob mali pertinaciam corpus ad integritatem ſponte redire nequit, alia remedia prorſus neceſſaria eſſe ultro & *ſola ratione* pernoſcet. Morabiturne ergo, ſi ipſe dominus, cujus ſervitiis, cujus legibus ſubjectus eſt, ejuſmodi remedia, quorum neceſſitatem generatim jam perſpexit, adferat. Morabiturne in hac determinata remediorum ſpecie, quaſi non neceſſario ſumenda ideo, quia non eadem remedia ab optimo ſuo Domino aliis æque infirmis ſervis ſubminiſtrata, quia alii hi ſervi a Domino ratione ſibi non cognita ſunt tractati. Vix puto, etſi ſit ceteroquin etiam ad ea, quæ cerni poſſunt, omnino hebes. Quæ autem ex mechanico hoc ſervi rudis exemplo deducemus corollaria, adverſus acutos illos Philoſophos, qui cognito licet creationis fine, cognita licet creaturarum infirmitate remedium, quo ea ſublevetur, neceſſarium, & quidem id remedium, quod ſibi ſuppeditatum norunt, cujus genuinitati, quod exponant, non habent, ex allatis motivis, quæ ne quidem rudem ſervum movere queunt, negant eſſe neceſſarium. Non temperare mihi poſſum, quin id genus hominum omni reipublicæ pernicioſiſſimum eſſe dicam. Vereor etenim, ne eodem ratiocinio naturales leges ad conſequendum civitatis finem ſufficere, poſitivas igitur civitatum leges generatim non neceſſarias, & in ſpecie ſuæ civitatis leges, etſi ipſis qua ſubditis promulgatæ ſint, propterea tamen, quia aliæ civitates fortaſſe ſine iiſdem legibus eandem ſalutem conſecutæ eſſe ipſis videntur, rebelli contra Imperantem judicio non neceſſarias eſſe decidant. Profecto ſimul ac deprehenſio ipſis non metuenda erit, ſimul ac privato eorum commodo, quod quidem cum detrimento reipublicæ non unquam verum commodum eſſe poteſt, civilium legum tranſgreſſio adulabitur, earundem legûm contemtores, atque violatores certiſſimi exiſtent: Conf. cl. de Riegger l. c. §. 63. uſque 70. Cl. Martini cit. Exercit. §. 237. cit. Poſit. de leg. Naturæ §. 327.

§. 4. Eadem igitur noſtra ratio, quam primum genuinæ revelationis characteribus munitam (*a*) auctoritatem quandam nanciſcitur, quæ actiones ad finem ultimum obtinendum magis determinant, illico ad *fidem*, ſeu ut eidem auctoritati firma mentis aſſenſione adhæreamus, nos hortatur (*b*). Cui rationis monito dum plures conjunctim obſequimur, cœtus hominum in modo Deum colendi per ſolam rationem non innoteſcente conſentientium ſeu *Eccleſia poſitiva* adeſt (*c*).

(*a*) Adſunt characteres genuinæ revelationis quando religio revelata

1. Non tota verſatur in iis exponendis, quæ jam ſola ratione innoteſcunt; finis enim revelationis eſt, ut ea nos doceat, quæ ratione non perſpicimus.

2. Naturali tamen Religioni utpote immutabili & perfectionibus divinis non adverſatur; ubi hoc, quod *rationi adverſari*, & *rationem ſuperare* inter ſe differant, probe animadvertendum eſt.

3. Omnia ad ſalutem neceſſaria remedia, rationi non pervia complectitur; quoniam ſecus hoc ipſo ad ſalutem non ſufficeret.

4. Denique generi humano, utpote quod a ſuæ corruptionis initio revelatione indigebat, eſt coæva, & ita conſervata, ut nec a diuturnitate temporis; nec hominum injuriis quidquam detrimenti acceperit.

Conf. clariſs. de Riegger loc. cit. §. 72. uſque 76.

(*b*) In eo nempe conſiſtit *actualis fides*, quod intellectus lumine ſupernaturali illuſtratus revelatis veritatibus propter infallibilem revelantis auctoritatem firmum ac certum aſſenſum actu præbeat. Actus hujuſmodi eliciendi virtus *fidem habitualem* contulit, & ipſe complexus eorum, quæ ad credenda pertinent, illa ſic dicta *objectiva fides* eſt. Conf. Cl. de Riegger l. c. §. 8. Muratorium de ingen. mod. in Relig. negot. c. 5.

(*c*) Conf. Cl. de Riegger l. c. §. 78.

§. 5. Sed vel inde adparet fidem donum Numinis eſſe, quia ratione ſola tantum revelationis neceſſitas, non vero revelatio innoteſcit; quia ad id ipſum, ut

Digitized by Google

ratio in diſcernendis religionis revelatæ genuinis characteribus recte atque conſtanter ſe exerat, & tot imbecillitatis humanæ anfractibus non ducatur devia (*a*) *gratia* ſubſidio opus habet.

(*a*) Sic devia ratio multis cauſa fuit, cur in religione hac veræ revelationis characteres non adverterint, in illam autem, quantumvis nil ſani continet, cæco impetu ſint delapſi. Atque inde Religionis, inde *Eccleſiarum* quoque *diſcrimen* eſt. Quod quidem utinam eſſet remotiſſimum; dum videlicet animis ejuſdem religionis vinculo conjunctis externa etiam felicitas facilius obtinetur. Conf. Cl. de Riegger §. 51. uſque 54.

CAPUT III.

De Religione divina veteris teſtamenti.

§.6. Enimvero maximum poſt creationem beneficium eſt illa humano generi ab ipſo Numine facta revelatio & quidem jam in hujus univerſi Principio, atque adeo primus omnium poſitivus legiſlator Deus exiſtit, & ceu fons omnis ſapientiæ cunctis, quibus ſe inde ab Adamo manifeſtavit; ſummæ etiam ſapientiæ edixit præcepta. Hæc Præcepta poſt Adamum (*a*) cumprimis Noachus, (*b*) Abrahamus, (*c*) Moyſes (*d*) atque Prophetæ uſque ad Chriſti adventum perceperunt. (*e*)

(*a*) Moyſes, qui primus legis divinæ poſitivæ formam & propagationem a principio orbis uſque ad ſui ipſius tempora factam literis conſignavit, de variis ſancitis ab ipſo Numine Adamo datis profecto certiſſimos nos reddit; nominatim tamen pauca exhibet, & quidnam omnes illæ Adamo proximiſque ejus poſteris perlatæ divinæ leges ſingulariter circa actiones externas determinaverint, incertum eſt. Conf. Cl. de Riegger. Inſt. Juriſpr. Eccl. P. 1. proleg. §. 83.

(*b*) Gen. VIII. 20. IX. 1. 4. 12. Sed de ſeptem Noachidarum præceptis, conf. Cl. de Riegger cit. prol. §. 78. & Cl. de Martini Exercit. de lege Nat. c. 6. §. 229. & ſequ.

(*c*) Gen. cap XV. 18.

(*d*) Leges Hebræo populo divinitus per Moyſem datæ erant:

1. *Morales*, queis ſancita naturalia confirmabantur.

2. *Poſitivæ*, quæ ſpectabant

vel regimen reipublicæ Hebraicæ ejuſque juſtitiam civilem, inde *Judiciales* dictæ;

vel cultus divini externi normam, inde *ceremoniales* compellatæ. Hæ ipſæ autem porro abierunt,

1.

in *mere Religioſas*, quæ tantummodo ad ſynagogam pertinebant;

2.

in *typicas*, quæ ſimul præfigurationem continebant, & quidem vel futuræ gloriæ populi chriſtiani, eatenus *anagogicæ*

vel venturi Meſſiæ, eatenus *allegoricæ*,

vel interioris chriſtianorum ſanctimoniæ, eatenus *tropologicæ* adpellandæ.

(*e*) Præterquam, quod ipſum Numen *Adamo* promiſerat adventum Salvatoris Gen. 3. 15. etiam deinde *fœdus* iniit cum *Noacho* Gen. 9. 12. quod reſtauratum cum *Abrahamo* Gen. 15. & denuo firmatum per *Moyſen*. Sicuti enim diluvium, babylonica linguarum confuſio, excidium Sodomæ, & pœnæ in deſerto Ægypti ſeſe ideo excipiebant, quia iterum iterumque invaleſcente corruptione flectendis animis nova Deum colendi momenta injici debuerunt, ita etiam ſeſe hæc excipiebant *fœdera*, quia iiſdem pœnarum rigore flexis animis benigniſſimum numen ſemper deinde etiam interjicere voluit miſerationis ſuæ monumenta.

CA-

Digitized by Google

CAPUT IV.

De Religione, & Eccleſia Chriſtiana.

§. 7. Summum vero miſeratio divina tunc attigit faſtigium, quando fœdus noviſſimum per Redemptorem noſtrum in excelſitate Crucis ſtabilitum eſt. Quæ enim major poterat nobis obtingere beatitudo, quam vocari a Deo in ſocietatem Filii ſui, & ab hoc ipſo edoceri determinatam Deum colendi rationem ſeu religionem chriſtianam (*a*)? Quam dum amplectimur, chriſtianam efficimus Eccleſiam ſeu ſocietatem hominum per Baptiſmum in Chriſto eum in finem unitorum, ut ſecundum normam in Evangelio præſcriptam verum Deum colant, & æternam ſalutem conſequantur (*b*).

(*a*) Quod revelatio, cui nos chriſtiani firmiter adhæremus, omnes genuinæ revelationis habeat characteres, omnino facillimum eſt oſtendere.

1. Enim non tota verſatur in iis exponendis, quæ jam ratio agnoſcit, ſed quamvis hæc illuſtret, atque roboret, ſimul explanat *myſteria*, ſeu ejuſmodi, quæ ſupra rationem poſita ſunt.

2. Nil continet repugnans legi naturali, nil perfectionibus divinis indignum. S. Thom. I. 2. Q. 108. art. 1.

3. Complectitur ſalutis æternæ remedia omnia; id quod perſpiciens Origenes exclamavit, *quid compendioſius excogitari poteſt ad ſubveniendum multitudini, quam quod Jeſus gentibus tradidit*. L. 1. contra Celſum.

4. Eſt coæva generi humano corupto, ac proinde antiquiſſima, ſiquidem exhibet ut a primo corruptionis momento uſque ad conſummatum redemtionis opus infirmi mortales ab eodem Numine, & ad eundem finem quaſi manu ducti ſunt, ut eadem omnino, quæ promiſſa, atque prædicta ſunt, evenero; ut eadem denique, quæ invaleſcens coruptio uſque minus intelligere cœpit, iterata magiſque explicata, & novæ legis ſacramentis roborata ſunt. Neque enim recens & ſucceſſive ſuppeditata revelationem ſtabiliendi remedia, neque eorum, quæ prius umbris implicita erant, evolutio, neque neceſſaria illa poſt eventum præfigurati legum typicarum ceſſatio, neque promiſſorum denique implementum, & quæ ex his omnibus conſurrexit propoſita a Chriſto Legiſlatore credendi agendique norma efficiunt, ut revelatio, cui chriſtiani accedimus, non a primo & antiquiſſimo humanæ corruptionis tempore ſuum ortum habeat. Sane quæ populo Hebræo de divinitate manifeſtata ſunt, adhucdum in fidem admittere Chriſtiani tenemur. Conf. Cl. de Riegger l. c. §. 93.

(*b*) Vixiſſe Chriſtum & quidem ſub Imperatore Tiberio teſtantur non ſolum

1. Scriptores chriſtiani, ſed etiam
2. Omnis Judæorum natio.
3. Scriptores Pagani; veluti
Suetonius in *Claud.* c. 25.
Tacitus lib. 15. Annal. c. 44.
4. *Joſephus* celeberrimus Judæorum Scriptor antiq. Lib. 1. c. 4. Ipſum autem *Chriſtianorum* Nomen ſub Imperatore Claudio invaluit, & quidem primum Antiochiæ Diſcipulos Chriſti ita adpellatos eſſe nos docet S. Lucas Act. Apoſt. C. XI. v. 26. Epiphanius Hæres. XXXIX. annum æris vulgaris 42. vel 43. quod hoc nomen uſurpari cœptum eſt, determinat. Conf. Cl. de Riegger l. c. S. 1. §. 2. Nat. Alex. Hiſt. Eccl. Tom. II. Diſſ. X. Mamachium in orig. & ant. Chriſt. L. I. c. 1.

§. 8. Manifeſta illico cuivis hæc fiunt I. Chriſtum non jam ſoli Hebræo populo, ſed univerſo orbi legiferum Numen, & quidem novæ legis fundatorem adveniſſe, atque adeo verum exſtitiſſe legiſlatorem, qui nempe nobis colendi Dei determinavit rationem, qui eadem, quæ evolvit umbris atque figuris, credenda præſcripſit, qui denique abrogatis ritibus moſaicis leges ſacramentorum inſtituit. (*a*) II. poſtquam a Filio Dei hoc fundamentum poſitum eſt, a nullo mortalium, utpote quorum rationem myſteria tranſcendunt, & inter quos non ulli tam infallibilis auctoritas tantaque poteſtas propria eſt (*b*) *aliud fundamentum poni*, ſeu eſſentiales religionis leges ferri poſſe (*c*).

(*a*) Hinc etiam *in Lege Chriſti* ſe eſſe dicit Apoſtolus I. Cor. IX. v. 21. Hinc idem, ut *lex Chriſti* impleatur, alterum alterius onera portare jubet. Gal. VI. v. 2. & hinc noviſſi-

tiſſimum illud ipſius axioma: *Præcipio non ego, ſed Dominus*; de quo videlicet vaticinabatur Iſaias: *Dominus legifer noſter, ipſe ſalvabit nos*. c. XXXIII. v. 22. Conf. J. VV. Fuerelini diſſ. de Chriſto novo Legisl. Gottingæ 1739. item G. Keuſel Exercit. ad Grot. L. 1. §. 16. & quæ præterea habet hac de re Cl. de Martini cit. Exercit. c. 6. §. 231. complectitur autem generatim nova lex

1. *Præcepta naturalia* novis & graviſſimis momentis munita.

2. *Myſteria* ſeu præcepta credendi, quæ prius umbris atque figuris involuta fuerant.

3. *Leges ſacramentorum* quæ Moſaici ritus loco Chriſtus inſtituit.

* Enunciant nunc igitur nobis tantummodo illæ hebræorum leges continuam adhuc obligationem, quibus perpetuo valitura præcepta moralia continentur. Minime autem forenſes & ceremoniales; niſi auctoritate publica receptæ ſint. Quid quod typice poſtquam videlicet a Chriſto impletæ ſcripturæ & conſummata omnia, nec quidem qua *tales* recipi queant.

(*b*) Ad Cor. I. c. II.

(*c*) Ad Cor. I. c. II. v. 11. & idem ſonant ipſa *Salvatoris* noſtri hæc monita: *Vos autem nolite vocari Rabbi, unus enim Magiſter veſter ---- nec vocemini Magiſter: quia Magiſter veſter unus eſt Chriſtus*. Matth. C. XXIII. v. 8. & 10.

L I-

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS
DE PRINCIPIIS LEGUM
ECCLESIÆ CRISTIANÆ.

CAPUT PRIMUM.

De iis principiis in genere, ex quibus cognoſcuntur poſitivæ leges Eccleſiaſticæ divinæ, eaque occaſione de ſcriptis SS. Patrum, & de ſymbolis ac libris ſymbolicis.

§. 9. Porro etiam id perſpicuum eſt, eo ipſo, quod legibus Chriſti & fini Eccleſiæ ab ipſo fundatæ nos conformare tenemur, neceſſaria nobis eſſe eaſdem leges ejuſdemque Eccleſiæ conſtitutionem cognoſcendi principia (*a*).

(*a*) Quis enim neſcit: ad cuſtodiam legis vivam requiri ejuſdem cognitionem; & ad ipſam cognitionem præſupponi quidquam debere, unde eadem hauriatur. Conf. Cl. de Riegger loc. cit. S. 2. §. 211. & Clariſ. de Martini Exercit. de lege Natur. §. 80.

§. 10. Cunctæ Poſitivæ Dei leges aut ipſo Deo inſpirante in *ſcripturam* redactæ, aut ita, ut eas idem ſupremus legislator viva voce propoſuit, continua ac fideli propagatione nobis *traditæ* ſunt.

§. 11. Profecto tamen propagationi legum divinarum fideliter continuandæ, quam genuino ſcripturarum contra varios errores explicando ſenſui inſudarunt ſemper & ii, quos Eccleſiæ Rectores a Deo inſtitutos eſſe diſcernus, partim habitis in hunc finem Conciliis, partim communi ſuo conſenſu (*a*), & illa quoque, quæ in Eccleſia Dei ejuſdem doctrinam nunquam non maximopere propugnavit, SS. Patrum cohors (*b*).

(*a*) Etiam conciliorum & communis Eccleſiæ conſenſus notio plena ſuo loco dabitur.

(*b*) Sanctorum Patrum duplicem habemus claſſem. *Alii* etenim ſimpliciter *Sancti Patres* vocantur, quales omnes ſunt, in quibus fuit eminentia,

1. Officii & dignitatis eccleſiaſticæ,
2. temporis ævo Apoſtolorum magis vicini,
3. ſcientiæ,
4. conſcientiæ ſeu vitæ inculpatæ.

Alii vero præterea audiunt *Doctores Eccleſiæ*, qui nempe Eccleſiæ ſententia ejuſdem Doctores *declarati ſunt*.

Ejuſmodi ſunt,

1. Athanaſius.
2. Baſilius.
3. Gregorius Nazianzenus.
4. Joannes Chryſoſtomus.
5. Auguſtinus.
6. Ambroſius.
7. Hieronymus.
8. Gregorius M.
9. Bernardus.
10. Thomas Aquinas.
12. Bonaventura &c.

* Circa authoritatem ſanctorum Patrum hæc habe Principia generalia. 1. In materia fidem non concernente tantum valere Patrum auctoritatem, quantum ratio naturæ conſentanea perſuaſerit. 2. In iis autem, quæ ipſam tangunt fidem, conſenſum Patrum hoc ipſo, quod in traditionis teſtimonio, ceu optimi hac in parte teſtes, conſentiant, & quod infallibilis Eccleſia eorundem mentem nos ſequi jubeat, infallibile legum Eccleſiaſticarum eſſe principium. 3. Diſſentientibus quibuſdam in religionis Materia ejuſmodi, quam Eccleſia necdum definivit, *ceteris paribus* ſecundum illam probabiliora argumenta ſequendi obligationem etiam illam partem, ex qua plures ſtant SS. Patres (etſi *infallibile* nondum præbeant argumentum) eſſe tenendam. *Ceteris paribus* ajebam. Enimvero ſubinde unicus S. Pater ſtudioſe de quadam materia ſcribens, præ ceteris de eadem materia tantum *incidenter*, ut ajunt, & tum fortaſſe nondum nato hoc illove errore non adhuc adeo ſollicite diſſerentibus obtinebit. Notat Gothofredus in comment: ad I. l. Cod. Theod. de reſp. *S. Chryſoſtomum in interpretandis ſcripturis ita felici divinoque adeo ingenia*

Digitized by Google

genio præditum eſſe, ut quamvis ceteri Eccleſiæ Patres communibus ſuffragiis locum aliquem ſcripturæ ſecus, quam ipſi viſum eſſet, interpretarentur, contra omnes unius præponderaret ſententia &c. Ceterum tamen 4. quantumvis unius alteriuſve Patris auctoritatem cum temeritate *deſpicere* impudentis ſit ingenii; attamen non recte ſuæ doctrinæ & religioni conſulere illos, qui generatim citra omne examen unius tantum alteriuſve Patris auctoritate ſeſe tueri poſſe arbitrantur. *Quidquid non unus, & duo tantum, ſed omnes pariter uno, eodemque conſenſu aperte, frequenter, perſeveranter tenuiſſe, ſcripſiſſe, docuiſſe cognoverit, id ſibi quoque abſque omni dubitatione intelligat credendum:* ait Vincent. Lirinenſis contr. hæreſes. Conf. Petavium in Theol. dogm. Tom. I. Prol. §. 7. & 8.

** Regulæ autem S.S. Patres interpretaturo obſervandæ ad hæc pauca reduci queunt. 1. Ut eorundem opera rite legantur. 2. Quod obſcurius eſſe videtur, ex aliis eiuſdem auctoris magis perſpicuis explanetur locis. 3. Verba naturali accipiantur ſenſu, niſi a literali ſenſu recedendi certa ratio ſubverſetur, atque ideo, etſi quædam dura & antiquata in Patrum ſcriptis reperiantur, abſque correctione accipiantur reverenter. 4. noſcatur ea, in qua primum S. Pater ſcripſit, lingua. 5. attendatur ad ſeculum, annum, & Imperium tam ſacrum quam politicum, quo currente ejuſmodi monumenta prodiere. 6. Habeatur quoque ratio *ætatis* ipſius S. Patris, & *Styli*, quo utebatur, ne figurata & hyperbolica minus dextre accipiamus. Conf. I. ad Cor. XIII. 7. denique qua occaſione & quibus de rebus ſcribendi intentionem S. Pater habuerit, probe animadvertatur. Quarum regularum intima fundamenta ingenium modice perſpicax facile penetrabit.

*** Pro comparandis vero SS. Patrum operibus hæc nota

1. vetuſtiores editiones ſunt plerumque fideliores

2. Editiones græcæ ex *Roberti Stephani* officina & emendationis cura, & typorum nitore reliquas vincunt.

3. Latinæ editiones magni æſtimantur Frobenianæ.

4. Etiam Pariſiis ſeu græce ſeu latine edita SS. Patrum opera reliquis in ſuo genere palmam præripiunt.

5. Plurimum refert ſcire, quis editionis curam in ſe ſuſceperit. Sic adcuratiſſimæ ſunt editiones, quas congregatio *Benedictina* S. Mauri adornavit.

Conf. Cl. de Riegger op. cit. S. 2. c. 7.

§. 12. Horum omnium igitur monumenta, quæque inde proficiſcebantur ſymbola (*a*) & libri ſymbolici, (*b*) poſt ipſum ſacrum codicem optimi divinarum legum fontes æſtimari debent.

(*a*) Symbola ſeu breves & præcipuæ legis catholicæ ſummulæ habentur ſequentes:

1. Symbolum, quod dicitur *Apoſtolicum*, diviſum in 12. articulos.

2. *Nicænum* definiens Filium Patri conſubſtantialem contra Arium.

3. *Conſtantinopolitanum*, quod eſt declaratio uberior Nicæni contra Macedonium. Recitatur in Miſſa.

4. *Athanaſianum*, ita dictum, quod incipit: *Quicumque vult ſalvus eſſe, opus eſt, ut teneat catholicam* fidem. Cantatur in *Prima* inſtar Pſalmi.

5. *Lateranenſe* an. 1215. in hoc concilio generali conditum, & videri poteſt in cap. 9. de ſumma Trin.

6. *Viennenſe*, quod habetur Clement. unic de ſum. Trin.

7. *Decretum Eugenii IV. pro inſtructione Armenorum*, quod videlicet Eugenius orationibus Armenorum, qui tum Eccleſ. Romanæ reuniebantur, ſoluta jam ſynodo Florentina dedit.

8. *Profeſſio fidei*, quæ ad calcem Concilii Tridentini habetur.

* Ab iis, quibus inſcribuntur authoribus, deducere non audemus ſymbola paſſim dicta.

I.
Apoſtolorum,
quia

1. Variant hiſtorici in tempore conditi hujus ſymboli.

2. Aperta eſt fabula a ſingulis Apoſtolis ſingulos articulos fuiſſe conditos, nam ſermo S. Auguſtini 115. de tempore, in quo ita referuntur ſinguli articuli, non habetur pro genuino.

3. Silent actus Apoſtolorum.

4. Variant ipſa tot hujus ſymboli exemplaria.

5. Excepto Ruffino, qui non eſt ſatis idoneus auctor, nullus Patrum id defendit. Quod enim *Apoſtolicum Symbolum fides Apoſtolorum* vocetur, inde ſane Patres non Apoſtolos ipſius Symboli auctores defendiſſe, ſed tantum doctrinam Apoſtolicam omni aſſenſu & veneratione digniſſimam in eodem agnoviſſe dici debent. Sic etiam *Nicænum* ſæpius ſcriptoribus ſacris Apoſtolicum audit.

II.
S. Athanaſii,
quia

1. Deſideratur fere in omnibus M. s. Codic.

2, Athanaſius ipſe non tantum in ullo ſuorum

rum operum hujus Symboli non mentionem facit, ſed etiam.

3. In Epiſt. ad Antioch. teſtatur, ſe a cujusquam Symboli compoſitione alienum & contentum eſſe fide Nicæna, atque revereri Patrum Sardicenſium conſtitutionem, qui prohibuerunt, ne ullum porro reſcriptum de fide, aut profeſſio fidei ederetur.

4. Neque a Gregorio Nazianzeno intes laudes Athanaſii indicatur.

5. Non licet divinare cauſam, cur Athanaſius utpote nec fidei reus poſtulatus, nec docendos habens latinos Symbolum latinum ſcripſiſſet

6 Deſideratur in eodem Symbolo vox *conſubſtantialis Ομουσιος*, quam ſane non omiſiſſet Athanaſius, qui & hujus teſſeræ Catholicæ ſummus erat defenſor, & formulas eam non continentes improbavit.

7. Utitur hoc Symbolum quibusdam verborum ac ſententiarum expreſſionibus, quæ in ſynodo Chalcedonenſi principium ſuum habere noſcuntur.

8. Reſutat hæreſes Neſtorii, Eutichetis & Monothelitarum, Athanaſio juniores, quibus ſi prævertiſſet Athanaſio hoc ſuo Symbolo, ad id ſane S. Cyrillus, Cæleſtinus, Leo M. Synodus Epheſina aut Chalcedonenſis contra eosdem errores provocaſſent.

9. Diſſentiunt hiſtoriæ ſcriptores circa tempus & ſpeciatim circa locum confecti Symboli, dum nimirum alii ab Athanaſio Treviris, ubi ob inſidias Arianorum in puteo inde hodiedum celebrato latitaſſet, alii Romæ confectum eſſe contendunt, quod quidem ſolum non ipſius facti veritatem elevaret, niſi præterea

10. Notiſſimum eſſet ſeculo V. a quodam *Vigilio Tapſenſi* graſſante Neſtoriana & Eutychiana hæreſi, & fervente Vandalorum perſecutione varia opera nomine Sanctorum Patrum & maxime Athanaſii evulgata eſſe.

11. Non obſtat a Conciliis atque Pontificibus & multa ex hoc Symbolo prolata & id ipſum Athanaſio tributum fuiſſe. Enimvero multa ex Canonibus Apoſtolorum Concilia & Scriptores laudant, quin propterea hos Canones Auctoribus Apoſtolis confectos dicere poſſimus. Et quid demum? Si Patres & Concilia in hiſtorica facti quæſtione aberraſſe dicamus. Ceterum quantumvis hoc Symbolum neque ab Athanaſio ſcriptum, neque œcumenicum, utpote quia a nulla Synodo generali adoptatum eſt, dici queat, ſed non minus ac Symbola Hilarii & Baſilii & Hymnus Ambroſianus privatum maneat opus, attamen ceu luculenta Myſteriorum *Trinitatis & Incarnationis* expoſitio a Pontificibus, Epiſcopis & Synodis merito quaſi fidei Regula commendata eſt.

Conf. Cl. de Riegger & Cl. Schrott. L. I. Decret. Tit. I.

(*b*) Libri ſymbolici, queis ſymbolorum brevis confeſſio luculentius demonſtratur, ſunt

1. *Publici* ſeu publica authoritate confecti, quales ſunt præter ſupra memorata conciliorum acta.

Catechiſmus Romanus juſſu Pii V. poſt Concil. Trident. editus. Extat apud nos & in latina & in germanica lingua & quidem ornatus Epiſtola Paſtorali Eminentiſſ. noſtri Præſulis.

Catechiſmi diœceſani ſeu inſtructiones paſtorales. Harum auctoritas tamen ipſos diœceſis fines non egreditur.

2. *Privati*, ſeu opera privata concinnati,

Veluti Catechiſmus Cl. Fleuri, de quo auctor Princip. Jur. publ. Eccl. Cathol. ita habet: hic *prorſus adhiberi meretur tanquam facilis, pius, fabularum expers inſuperque ad omnem theologiæ eruditionem exactus.*

Conf. Cl. de Riegger, Schrott & auct. Princip. Jur. Eccl. loc. cit.

C A P U T II.

De Sacra Scriptura in ſpecie.

§. 13. Maximam partem Salvatoris noſtri præcepta in *ſacris literis* perſcripta extant. (*a*) Has igitur literas *primum ac fundamentale legum Eccleſiaſticarum principium eſſe*, omnino recte aſſeritur. (*b*)

(*a*) Sacra ſcriptura, id quod notiſſimum eſt, gemino conſtat codice, *teſtamento* videlicet

1. *Veteri.*
2. *Novo.*

Utriuſque hujus codicis libri quatuor formant claſſes.

1. *Legales.*
2. *Hiſtoricos.*
3. *Sapientiæ.*
4. *Propheticos.*

Non rem ingratam præſertim Juris Canonici Auditoribus me præſtitiſſe exiſtimo, quod eas, quibus Canon ſacrorum librorum delineatus uno obtutu conſpici poteſt, adjungi curaverim. Vide igitur Tab. 1. & 2. Ad has ipſas melius intelligendas ex Cl. de Riegger Inſtit. Jurpr. Eccl. P. 1. S. 2. & diſſ. de ſacra ſcriptura, ubi cuncta de ſacro codice ſcitu neceſſaria invenies, id tantummodo adfero notandum, quod univerſim ſcripturæ libri ſint:

1. *Canonici*, id eſt ab Eccleſia in Sacrum Canonem, quem nominatæ tabulæ exhibent, relati & quidem

vel

Protocanonici, qui ſemper & ubique recepti erant,

vel

Deutero-Canonici, de quorum origine divina aliquando dubitabatur.

2. *Non Canonici*, videlicet ab Eccleſia in Canonem non relati, quorum duplex eſt genus.

1.

Eorum, qui propterea *dubii* vocantur, quod adhuc; genuini ſint nec ne, dubitatur: veluti

α Tertius & Quartus — Eſdræ.

β Tertius & Quartus — Machab.

2.

Reliquorum omnium, qui ut *Apocryphi*, id eſt falſo ſuppoſiti ab Eccleſia rejiciuntur: Concil. Carthag. 3. an. 379. can. 47. Concil. Trident. Seſſ. 4. S. Auguſt. L. 2. de Doctr. Chriſt. c. 8.

(*b*) Ne te hoc, quod ſacras literas *primum* Principium diximus, turbet, ſcito: non eas priores *tempore* atque ideo potiores a nobis judicari. Novimus enim præcepta Chriſti, antequam ſcripta eſſent, ipſa propagatione, atque *traditione* fuiſſe cognita. Imo quandoquidem Chriſtus præter ea, quæ ad fidem & Sacramenta, pertinent, nullum dedit præceptum, quod non ſit naturale; ſi tempus ſpectes, primum legum Eccleſiaſticarum principium Jus naturæ erit. Sed poſita revelatione, eaque maximam partem in ſcripturam ſacram redacta; eandem ante alia omnia, ut fundamentum voluntatis divinæ a nobis inſpici poſſe & debere in propatulo eſt. Profecto ſecundum *ſcripturam*, an ei conformis ſit, ipſa examinatur traditio; Eo collineant Patres & concilia; Eo quævis conſtitutio & doctrina Eccleſiaſtica reſpicit. Et quomodo id non primum ac eminens cenſendum eſt, quod non tantum prima atque plurima Religionis noſtræ capita complectitur, ſed cujus ipſa etiam confectio a *ſufflante divino ſpiritu* accepit prærogativam. II. ad Timoth. III. 16. B. Petri II. c. I. 21. Matth XXII. 43. Luc. 1. 7. Conf. Cl. de Riegger l. c. §. 249. ſeq. Tournel. de controv. ort. inter Doct. Lov. & Duac. & Patres S. J. T. I. de Deo quæſt. 4. de loc. theol.

§. 14. Invenies quidem, quin ad plagas infidelium abeas, aut eos ſpectes; qui inde ad nos venere, genus hominum ejuſmodi, qui in medio Chriſtianorum cætu nati, atque enutriti ſua opinione tam ſublimes & fortes, revera autem tam inſolenter impios ſibi ſumſere animos, ut veluti omnem rident revelationem, ita & omnes ſacræ ſcripturæ libros nec genuinos, nec divinos pronunciando glorientur.

§. 15. Hujuſmodi adverſariis infallibile Eccleſiæ noſtræ Judicium, utpote quod ipſum divinis promiſſis ſacra Scriptura contentis nititur, abſque *vitioſo circulo* opponere nequis. Ordiendum igitur hic potius ab ipſa revelationis neceſſitate. Oſtendendum porro genuinæ revelationis characteres eidem, quam nos profitemur, religioni omnes ineſſe. Demonſtrandum illis denique, ſi quæ hiſtorica quid evincit fides, eam pro cunctis, quæ ſcripta factave credimus, ſtare omnino maximam; atque adeo, aut hæc omnium maxime, aut omnino nihil unquam, niſi quod oculis cernitur, in fidem admitti debere.

§. 16. Libros Moyſis & Prophetarum ab iisdem eſſe ſcriptos, quorum nomina præ ſe ferunt, ſeu, quod idem ſonat, eſſe genuinos, comprobat I. omnium illorum, qui Moyſen ac Prophetas conſecuti ſunt, ſententia (*a*) II. Notiſſima illa; quam *Judæi* ſemper in cuſtodiendis ſuis libris adhibuere, diligentia, & conſentiens ipſorum teſtimonium; vel ideo non rejiciendum, quod non tam in propria cauſa, quam contra ſemet ipſos de dura atque duritiei cordis ſui proportionata hac lege teſtantur (*b*). III. id, quod neque interpolationis tempus, neque ſuppoſitionis auctor ab adverſariis edi poſſit. Denique IV. ſana Philoſophia, quæ profecto eadem de cauſa, ob quam de Ciceronis, aliorumque veterum auctorum ſcriptis non dubitamus, nec de veritate librorum vet. Teſt. dubitationem admittit. Vel me tacente jam intelligis, quibus argumentis etiam veritas novi Teſtamenti commonſtrari poſſit (*c*).

(*a*) Joſ.

...LV. IV. T.

..., qua circiter conſcripti ſunt, ex Supputatione

...os *protocanonicos* vocant,

Tab. I. Tom. I. pag. 10.

...ISTORICI.	SAPIENTIAL.	PROPHETICI.
...BER TOBIÆ. ...4. a Tobia Viro juſto ...ce de vita ſua capitibus ...nſcriptus, cui duo capita ...jus, duoſque ultimos ver... unus nepotum adjecit, ...rte Eſdras. Hodie ſolum ...exſtat. *Frid. Nauſea E-* ...		Daniel moritur circa A. M. 3467. *Sanctius*, *Pererius*. *R. Jachiades* cum notis *Conſt. l'Empereur L. B.* 1633. 4. * PROPHET. OSEE Prophetarum aotiquiſſimi A. M. 3194. celebris cap. 14. Heb. *Jo. Philippeaux* S. J. * PROPHET. MALACHJÆ, qui ultimus omnium prophetavit. A.M. forte 3566. c. 4. Hebr. *Salam. van Till* Acatholicus Lugd. B. 1707. In XII. minores Prophetas videndus eſt *Caſpar Sanctius*. *Antonius Patronus* Neapoli T. II. 1743. fol.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

VII. N. T.

confecti ſunt, ſubjunctiſque *Præcipuis Scriptoribus*,

ad differentiam

Tab. II. Tom. I. pag. 10.

STORICI.	SAPIENTIAL.	PROPHETICI.
erſus complectitur. In ſtolorum utiliſſima ad- lia *Joannes Gagnæus* *ay*, item in eos vi- . *Lorinus*, *Caſp. San-* *n. Ferus*, *Ben. Pe-*	X. * AD PHILEMONEM v. 25. Romæ in vinculis. XI. * AD HEBRÆOS, cap. 13. in Italia An. Chr. 66. *Ludovicus Tena* Epiſcopus Dortoſanus. In omnes Pauli Epiſt. *Ber-*	dicationem, Martyrium & reſurrectionem, ſeptem plagas noviſſimas, ſtragem *Gog*; & *Magog*, *Antichriſti* & complicum illius interitum, univerſi excidium, univerſale Judicium, & gloriam Beatorum. In hunc librum commentati ſunt, *Daniel Hervæus*, *I. B. Boſſuet* *Lud. de Alcazar*.

NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

(*a*) Joſ. C. I. 7. C. VIII. 31. C. XXIII. 6. Lib. Jud. C. III. 4. III. Reg. II. 3. 4. *Paral.* XXIV. 9. XXXIV. 14. *Tobiæ* VII. 14. *Baruch.* II. 2. *Daniel* IX. 11. *Eſdræ* I. C.VI. 18. *Nehemiæ* ſeu *Eſdræ* II. C. VIII. 14. *Eccleſ.* XXIV. 33. II. *Mach.* VII. 44. VII. 30. veluti etiam ab ipſo *Chriſto* Matth. XIX. 7. Marc. I. 44. VII. 10. X. 3. Luc. XVI. 16. 29. 31. Joan. I. 45. V. 46. VII. 19. VIII. 5. & ab *Apoſtolis* Act. XXVI. 22. ad Rom. IX. 15. X. 5. II. ad Cor. III. 15. ad Hebr. X. 28. nec non *ab extraneis ſcriptoribus*, quos vide apud Huet. in demonſt. Evang. Propoſ. IV. c. I. & II. Et Hug. Grot. de verit. relig. Chriſt. L. I. ad hos libros provocatur.

(*b*) Vide celeb. Judæorum ſcriptorem *Joſephum* Lib. I. contra Appion. §. 8.

(*c*) Neque obſtant illa fata, illaque corruptorum molimina, quæ ſacris literis omni tempore inſidiabantur. Etenim libri veteris teſtamenti poſt captivitatem Babylonicam exacti atque recogniti ſunt ab Eſdra ejuſque ſenatu. Subinde iterum recenſiti a Nehemia. Diſpoſiti porro fixum in canonem a Simone Juſto. Et poſtquam denique ignes Hieroſolymam vaſtantes, & furentes Antiochi milites cuncta perdere exemplaria non poterant, hæc ipſa a fortiſſimo illo heroe Juda Machabæo congregata, atque integra ſervata ſunt. Novimus præterea, quantum ad continuam eorundem conſervationem contulerit 1. illa a 72. interpretibus Ptolomæo Philadelpho in græcam linguam facta translatio, quæ etiam ſimpliciter verſio 70. Interpretum (numero rotundo) dicitur. 2. illæ translationes, quarum duas Aquila, unam Theodotio, unamque Symachus, & tres alii ignoti quidam ediderunt. 3. Labor circa medium ſeculi tertii ab Origene ſuſceptus, quo in ſuis *Tetraplis* in columna prima verſionem Aquilæ, in ſecunda Symachi, in tertia ſeptuaginta Interpretum, in quarta Theodotionis; in *Hexaplis* autem in columna prima textum Hebraicum, in ſecunda Græcum, in tertia verſionem Aquilæ, in quarta Symachi, in quinta ſeptuaginta interpretum, in ſexta Theodotionis exhibuit. Quæ vaſtiſſima opera injuriis temporum diſrepta, quoad fieri potuit, reſtituit Bern. de Mont-faucon Monachus Benedictinus e Congregatione S. Mauri. Sic quoque in cuſtodiendis novi teſtamenti libris Eccleſia noſtra fuit quam diligentiſſima. Quam multas non teſtatur Auguſtinus latinas ſcripturæ ſacræ editiones in primæva fuiſſe Eccleſia, & eas inter prævaluiſſe illam, quam ipſæ *Italicam*; Hieronymus *vulgatam & communem*; Gregorius M. *veterem* dixit. Quanta cum accuratione & induſtria D. Hieronymus, qui adhuc juvenis vetus teſtamentum ad fidem 70. in Hexaplis contentorum, & ſubinde ex fonte Hebræo adminiculo omnium editionum ipſis Judæorum magiſtris adprobantibus reſtituit, etiam illam novi teſtamenti verſionem italam ſecundum originem græcam percenſuit. Et denique qua cauta ſollicitudine, quam diuturno tot ſeculorum uſu videlicet a Gregorii M. tempore roborata eſt noſtra ſcriptura *vulgata*, quam Eccleſia magnam partem ex illa Hieronymiana verſione adoptavit, niſi quod libros ſapientiæ, Baruch & utrumque Machabæorum (utpote ab Hieronymo, ut erant, relictos) ex antiqua verſione itala retinendos, Pſalterium autem non illud, quod Hieronymus ex hebræo, ſed id, quod idem ex editione græca S. Luciani Martyris in latinam tranſtulit, accipiendum eſſe decrevit. Omnia igitur hæc ſcripturæ fata, omnes tot variantes lectiones, omnia illa, quæ ſuppoſita fuiſſe non negamus, minime efficiunt, ut, quæ adeo diligenter ſunt integra ſervata, adeo caute recepta, ea quoque non ſint genuina. Conf. cl. de Riegger l. c. §. 229. uſque 232. & 261. uſque 64. item ejuſdem Exercit. de ſcript. ſacr. primo fonte Jur. Eccl. nec non Introduct. in univ. Jus Eccleſ.

§. 17. Ita quoque eoſdem Sacræ Scripturæ libros & fide digna & divina continere facile evincitur. Etenim dum I. in iis nil, quod vero ſimile non eſſet, comprehenditur (*a*). II. Eorumdem ſcriptoribus neque ſcientia (*b*), neque veritas (*c*) defuit. III. Pro eorum, quæ referuntur, miraculorum veritate invincibilia abundant teſtimonia. (*d*) IV. ea, quæ, quando prædicta ſunt, nec ex cauſis naturalibus, nec ex præſente rerum ſtatu ullo modo colligi poterant, maximam partem jam ad amuſſim evenere (*e*). Quid quæſo amplius requiritur, ut hi libri fide digni atque divini æſtimentur?

(*a*) Quid videlicet factum eſſe ibidem legimus, quod fieri potuiſſe negandum eſt.

(*b*) Erant coævi, erant teſtes maximam partem oculati & eorum, quæ ſcripſere, intelligendorum omnino capaces.

(*c*) Suſpicio lucri, damni, adulationis, vanæque gloriæ, ſi vel a longo in eos caderet, tum aliquod demum de eorumdem veracitate dubium moveri poſſet. Quandoquidem autem tam Moyſes & Prophetæ, quam diſcipuli Chriſti veluti ipſorum Magiſter per propheticum apoſtolicumque munus non tantum nil lucrabantur; ſed externam ſuam conditionem deteriorem reddebant etiam; quandoquidem iis,

inter quos verſabantur, ſine perſonarum reſpectu & ingenti animo ſcelera, pervicaciam & cordis duritiem conſtanter exprobrabant; quandoquidem propria ſua non diſſimulavere peccata, quis lucri, quis adulationis, quis vanæ gloriæ maculam his ſcriptoribus aſpergere audeat.

(*d*) Putaſne Moyſem millibus hominum amplius ſexcentis perſuadere potuiſſe, eſſe aquam Nili ſanguinem; claram lucem denſiſſimas tenebras, & in medio maris non mare, ſed viam ſiccam fugientibus apertam, & hanc viam a non tranſeuntibus teri pedibus. Putaſne adeo facile etiam Chriſtum & ejuſdem diſcipulos tam incredibil. ſuorum auditorum ſpectatorumque impoſuiſſe, multitudini, & hac in multitudine non fuiſſe aliquos tanti ingenii, tantæque ſimul invidiæ, ut ſallacias detegere non potuiſſent, & voluiſſent etiam. Fabulas atque impoſturas Ethnicorum, quia non tantum rationem ſuperabant, ſed eidem quoque erant contrariæ, ipſi acutiores Ethnicorum ſcriptores riſere, veluti id ex illis operibus Luciani lectu jucundiſſimis cuivis inſpicienti patebit. Mira quoque, quæ ſeu ipſius naturæ ſæpe incognita vis ſive huic ſubveniens callida ars unquam produxerat, acutiſſimi Philoſophi aut penitus aut magnam partem in ſua origine deprehenderunt. At miracula a Chriſto & Apoſtolis edita non tantum inter Chriſtianos, ſed & inter gentiles ſummi ſcriptores, ſummique ſimul Philoſophi, imo & Judæi & alii Religionis Chriſtianæ hoſtes infenſiſſimi agnovere. Conf. cl. de Riegger inſt. Juriſpr. Eccleſ. P. I. S. 2. c. 2. §. 134. uſq. 248.

(*e*) Veluti quæ de adventu Meſſiæ, de Monarchiis prædicta fuerant. Conf. Cl. de Riegger l. c. §. 234. Huet. demonſtr. Ev. Propoſ. VII.

§. 18. Solutior eſt cauſæ ratio cum iis, qui Protocanonicos ſaltim non negant libros. Ex iiſdem enim infallibile Eccleſiæ noſtræ judicium, atque adeo eam hoc ipſo infallibilem in dignoſcendis ſcripturæ libris judicem, & quidem neceſſarium judicem eſſe tam facile quam aperte demonſtramus.

§. 19. Enimvero I. nunquam defuere perverſi homines; qui libris ſpuriis obtrudendis, & genuinis adulterandis, aut pravum in ſenſum detorquendis omnem dabant operam (*a*). II. tot ardua ſcripturæ loca ſcrutari, atque unum conferre cum altero non rudibus tantum, ſed & aliis eſt quam difficillimum, (*b*) nec quidem III. ad inquirendum genuinum cujuſvis textus ſenſum ſat temporis & vitæ, ſat eorum, quæ alias requiruntur, ſubſidiorum adparatus ſuppetit (*c*).

(*a*) Conf. cl. de Riegger l. c. §. 255. & qui ibidem laudatur Barthol. Germon in Libel. de vet. Heret. Eccleſiaſt. Cod. corrupt. C. 1. & ſequ.

(*b*) Ad id ſane negotium requiritur: ut quis

1. Hiſtoria rerum geſtarum & notione viciſſitudinum, quas ipſa vocabula ſubierunt, abunde ſit inſtructus; ſecus enim circa hiſtoricum & litteralem ſenſum ſæpiſſime non errare non poterit.

2. Sibi ſeriem doctrinarum conficiat, ut facilius obſcuriora loca e clarioribus exponantur, atque illico adpareant; quam in rem plurimum faciunt *Concordantiæ Biblicæ*.

3. Calleat linguam Hebraicam atque Græcam. Etſi enim iis, quæ fidem moreſque attinent, a *vulgata* infallibili Eccleſiæ Judicio ſtabilita recedere non licet, in rebus tamen ad ſanam fidei doctrinam indifferentibus, & maxime in indaganda quarundam vocum & phraſium energia & vi ad fontes hebraicos atque græcos frequenter recurri debet; univerſe enim neceſſe eſt, ut quis

4. Ad genium idiomatis in interpretatione reſpiciat, ne, quod multorum error fuit, in omnibus myſteria & emphaſes quærantur, longeque alio illæ allegoriæ, metaphoræ & parabolæ ſumantur ſenſu, quam ſtylus fert orientalium populorum uſui adcommodatus.

5. Illum cuivis ſcriptori proprium characterem ſibi familiarem reddat. Alia enim eſt loquendi ſcribendique ratio *hiſtoricis*, veluti Moyſi & Samueli; alia *Philoſophis*, veluti Salomoni, Syrach; alia iis, queis *oratores* agere, veluti Eſaiæ & Prophetis; alia denique iis, queis ligata placuit methodus, veluti Davidi, & Jobo.

6. Semper quoque illius, quæ loquens inducitur, perſonæ rationem habeat, ne quod ſubinde ab impio dictum, factumve refertur, id adprobatum eſſe exiſtimet; imo ne illos etiam diverſos reſpectus, ſub quibus ipſum ſæpe Numen de ſe loquitur, ſine ſeparatione accipiat, eaque, quæ Chriſtus de ſe ut Dei filio pronunciavit, ſine diſcrimine ad Romanum referat Pontificem.

Atque hæc omnia, pluraque alia obſervanda num a quolibet expectas. Conf. cl. de Riegger l. c. §. 270. & ſeq.

(*c*) Conf. Murat. de Ingen. mod. in relig. negot. c. 8. & cl. de Riegger. l. c. §. 256.

§. 20.

Digitized by Google

§. 20. Expende IV. ab ipſo Chriſto Apoſtolis diſerte eſſe injunctum, ut Evangelium omni creaturæ prædicent, atque doceant, non autem, ut id cujuſvis arbitrio exponendum relinquant (*a*). V. relicta privato cujuſvis ſenſui ſcriptura nunquam uniformitatem & certitudinem, ſed quam a tot ſectis jam experti ſumus, diverſiſſimarum opinionum copiam, & continuam, quis rectiſſimo animo ad inveſtigandam ſcripturarum veritatem acceſſerit, diſceptationem obtentam iri (*b*). Taceo IV. quod neque in legibus profanis ejuſmodi judicia privatis permittantur (*c*).

(*a*) Marc. C. XVI. v. 15. & ſeq. Matth. c. XXVIII. v. 19. & ſeqq. Hinc etiam Apoſtolus I. ad Cor. C. XII. ait *quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primum Apoſtolos, ſecundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum*, & ſubjungit quæſtiones: *numquid omnes Apoſtoli? nunquid omnes Prophetæ? nunquid omnes Doctores? - - - - - - - - - - nunquid omnes linguis loquuntur, nunquid omnes interpretantur?*

(*b*) Conf. Murator. l. c. item Melch. Canum In loc. Theol. L. II. C. 7.

(*c*) Quæ enim non ſequerentur abſurda, ſi authentica civilium legum interpretatio cuivis privato concederetur, ſi non a Principe eum in finem conſtituti eſſent judices, ut litigantibus jus dicerent, ſi non plane ab iiſdem judicibus, etſi ſint fallibiles ſubinde adpellatio denegaretur. Conf. cl. de Riegger l. c. §. 258.

§. 21. Quandoquidem igitur ad dignoſcendos & rite intelligendos ſacræ ſcripturæ libros neceſſarius eſt judex, & quidem, quia in rebus ad eſſentiam Religionis pertinentibus certiſſimos nos eſſe oportet, judex infallibilis, num *apud alios quæremus veritatem, quam facile eſt ab Eccleſia ſumere* (*a*). Num alius eſſe hic judex poterit, quam Eccleſia, cui facta eſt notiſſima illa promiſſio: *ſpiritum veritatis ab Ea nunquam receſſurum eſſe* (*b*). Num denique hanc infallibilem Eccleſiam, dum nobis ſcripturæ libros, qui genuini agnoſcendi ſunt, præſcribit, non audiemus, poſtquam ab ipſo Chriſto lata eſt hæc ſententia: *Qui Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicuti Ethnicus & publicanus* (*c*).

(*a*) S. Irenæus contr. Hæreſ. Lib. III. c. 4.

(*b*) Joan. XIV. v. 25. & ſeq.; quamobrem Apoſtolus I. ad Tim. III. 15. *eam columnam & firmamentum veritatis* adpellat; quam ob rem Auguſtinus L. contra Creſconium Cap. 33. ait: *ſcripturarum a nobis tenetur veritas, cum hoc facimus, quod univerſæ jam placuit Eccleſiæ, quam ipſarum ſcripturarum commendat authoritas* &c.

(*c*) Inde corollariorum inſtar ſponte ſua hæc profluunt, I. ſacras literas eodem ſpiritu, quo ſunt ſcriptæ, atque adeo, cum ſpiritus hic ab Eccleſia non recedat, ſecundum ſenſum ab Eccleſia definitum exponendas eſſe, II. impium omnino eſſe hoc axioma: *Tunc eſſe audiendam Eccleſiam, quando cum divinis litteris conſentit*, cum privatus fallibilis judicium infallibilis Eccleſiæ in examen vocare & ratiocinio ſuo ſubjicere nequeat, & cum nunquam ex ipſa lege, quæ interpretatione indiget, ſed a legislatore, aut eo, quem hic conſtituit, ejuſmodi interpretatio authentica peti debeat. III. Licet ſacræ ſcripturæ lectio commendanda omnibus (cum *unuſquiſque*, ut ait Ambroſius, *in ea inveniat quo aut vulnera ſua curet, aut merita confirmet*,) promiſcuam tamen ſcripturarum linguis vulgatis ſine legitima authoritate editarum lectionem prudentiſſime ab Eccleſia eſſe prohibitam. Conf. cl. de Riegger l. c. §. 48. 256. & ſequ. 274. & 277. Melch. Canum in loc. theol. L. II. c. 7. Concil. Trid. Seſſ. IV. Nat. Alex. in Hiſt. Eccleſ. Sæc. XVI. Diſſ. XII. §. 10. & ſeq. Tom. IX. & meum corp. Jur. Paſtoral. Nov. P. III. Conſtit. VIII.

CAPUT III.

De Traditione in ſpecie.

§. 22. Etſi autem Sacra Scriptura primum eſt ac fundamentale legum Eccleſiaſticarum principium, extant tamen ſubſtantialia fidei ſancita ſeu *dogmata*, quæ ſacram in ſcripturam non redacta (*a*) ſed ſicuti viva Chriſti legislatoris voce propoſita ſunt, ita ad poſteros fuere derivata, atque conſtanti & perpetua obſervantia ad noſtram uſque memoriam pervenere (*b*).

(*a*) Ve-

(*a*) Veluti de Canone Sacræ Scripturæ, de Baptiſmo hæreticorum valido, de Sacramentis Baptiſmi, Confirmationis & Ordinis non iterandis. Conf. clariſsim. de Riegger loc. cit. §. 289.

(*b*) Joan. C. XX. v. 30. XXI. v. 25. Act. Apoſt. C. I. v. 3. II. ad Theſſ. c. 2. II. ad Timoth. C. I. Enimvero I. ex hiſce pluribuſque aliis ſacrarum literarum locis II. ex actis conciliorum, quæ hæreſes traditionis argumento profligarunt. III. ex decretis Pontificum, qui pariter contra varias opiniones & errores, veluti *Victor* in ſopienda de Paſchate celebrando controverſia & *Stephanus* de hæreticis non rebaptizandis ad traditionem provocarunt. IV. denique ex monumentis SS. Patrum, qui unanimes doctrinæ ſuæ etiam traditionis fundamentum ſubſternunt, luce meridiana clarius adparet, a Chriſto uſque nunc continuam exſtitiſſe traditionem.

§. 23. Hujuſmodi ſane traditiones, quæ ad fidei noſtræ capita conferunt, *Eccleſia* ſumma ſemper cum ſollicitudine & cautela genuinas (*a*) cuſtodivit (*b*) atque ſimul illo, de quo paulo ante diximus, adſiſtente veritatis ſpiritu nos de iiſdem reddidit quam certiſſimos. Ipſum igitur infallibile Eccleſiæ judicium omnem hac in parte *quæſtionem facti* non excludere non poteſt.

(*a*) Characteres genuinæ traditionis ſunt, ut ea non ſit contraria

1. Rectæ rationi.
2. Sacræ ſcripturæ decretis.
3. Moribus temporibuſque, unde derivatur.
4. Conditioni illorum, qui in ea partes habent.
5. Scriptoribus ejuſdem ævi, aut inſequentium graviſſimorum doctiſſimorumque virorum teſtimoniis.

Porro ut neque alia contradictoria, fabuloſa, & ſuperſtitioſa contineat;

Sed denique ſuo modo ſufficienter ſeu argumentis rei, de qua agitur, aptis ſit probata. Conf. cl. de Riegger l. c. §. 302. & ſeq. P. Honoratus a S. Maria in animadv. in Regulas & uſum crit. Lib. I. diſſ. III.

* Nullam profecto traditionem, quam quidem inter fidei noſtræ capita veneramur, mihi quiſquam producat, quæ recenſitis traditionis genuinæ characteribus ſit deſtituta. Neque enim quæſo vulgares illas opiniones, quas hic atque illic apud rudes, imo & alios deprehendes, puriſſimæ noſtræ Eccleſiæ impinge. Anne traditiones Teſtamenti veteris Gen. 18. v. 17. 19. propterea omnes ridendæ erant, quia ipſe Chriſtus illas Phariſæorum falſas, atque corruptas rejecit, quia populus Hebræus ſuperſtitioni, immo idololatriæ, aut ſaltem eandem redolentibus quamplurimis actibus ſummopere erat deditus. Tolle ſi uno impetu, ſi felici cum eventu potes, opiniones vulgares ejuſmodi omnes, & non tantum Eccleſia noſtra, ſed & provinciæ, quæ a noſtra religione alienæ, hominum tamen ſuperſtitioſorum pleniſſimæ ſunt, tibi grates rependent. Laborandum quidem non diffiteor, ab utraque poteſtate, ab Eccleſiæ reipublicæque miniſtris aſſiduo, ut illud ſuperſtitioſum pedetentim minuatur, ſed vel ideo, quod pedetentim ejuſmodi minui debent, quæ uno impetu tolli non poſſunt, exerens ſeſe hic permiſſionis prudentia cavillationem omnino non meretur.

(*b*) Quæſtionem facti tum adeſſe dicimus, quando num aliquid factum ſit, in utramque partem diſceptari poteſt. Quemadmodum igitur in re, de qua diſceptari nequit, omnis facti quæſtio ceſſat; ita etiam in traditionibus partem noſtræ Religionis conſtituentibus eadem de cauſa, quod de iis, num genuinæ ſint, ob infallibile Eccleſiæ judicium diſceptare non licet, omnis facti quæſtio exulet, neceſſe eſt. Conf. Cl. de Riegger l. c. §. 290. & cl. Zallwein in Princ. Jur. Eccleſ. Tom. I. Qu. II. C. 3. §. 6.

§. 24. Id autem advertas velim, etiam genuinas traditiones non omnes *divinas* eſſe. Quamvis enim, ut ſupra memini, leges ipſam Religionem noſtram fundantes legiſlator, alius niſi Deus, & Dei Filius dare non poterat, idem tamen Dei Filius, veluti mox infra pateſcet, Apoſtolis eorumque in Eccleſia ſucceſſoribus ea, quæ ad diſciplinam pertinent, quæque variæ pro varietate adjunctorum accidere poſſunt, legibus determinanda, immo ſumma quoque fidei noſtræ capita ſancitis, quæ interpretentur, aut urgeant, munienda reliquit. Quo igitur factum eſt, ut per ejuſmodi leges ab Apoſtolis, eorumve ſucceſſoribus latas præter *divinam*, etiam *Apoſtolicam* (*a*) & *Eccleſiaſticam* (*b*) traditionem ſimus conſecuti (*c*).

(*a*) Exempla Apoſtolicæ Traditionis ſunt *Paſchatis & ſabbathi translatio*, nec non inſtitutio *quadrageſimæ* &c.

(*b*) Exempla traditionis Eccleſ. ſunt obſervatio quorundam *feſtorum*, *abſtinentia a carnibus* certis anni diebus &c.

(*c*) Pa

Digitized by Google

(*c*) Patet igitur traditionem eſſe.

1. Vel divinā hanc Veter. & nov. Teſt.	vel	Humanam hanc Apoſt. & Eccleſ.
2. Vel univerſalem quæ Omnem Eccleſ. Chriſtianam reſpicit.	vel	Particularem quæ Unam alteramve tantum Eccleſiam particularem ſpectat.
3. Vel dogmaticam	vel	Diſciplinarem

4. Vel conſtitutivam	vel	interpretativam
5. Vel genuinam, de qua	vel piam, quæ	vel vulgarem, quæ
Ex infallibili Eccleſiæ judicio certi reddimur.	Conſiſtit in opinionibus apud populum ab antiquo inolitis circa res in Religionem externam influentes.	In rebus nulla auctoritate & nullo idoneo teſtimonio munitis ſuperſtitioſas credulitates fovot.

Conf. cl. de Riegger l. c. §. 283. uſque 290.

§. 25. Non parvi refert traditionem divinam ab humana diſcernere. Etenim I. *divina* Dogmatica; *humana* diſciplinaris eſt, II. illa hoc ipſo perpetuam atque neceſſario univerſalem, hæc vero mutabilem, & plerumque ſingularem tantummodo (*a*) obligationem inducit (*b*).

(*a*) Exemplum traditionis humanæ, & quidem eccleſiaſticæ, quæ univerſe obtinet, habemus in Biduo ante Paſcha abſque divinorum ſacramentorum celebratione tranſigendo.

(*b*) Hoc qui diſerimen novit, non ea, quæ ad diſciplinam pertinent, inter dogmata reforet; neque comperiens, quædam, quæ apoſtolicis inſtitutis debemus, abrogata eſſe, aut abiiſſe in deſuetudinem, propterea execrandam mutationem contigiſſe arbitrabitur. Conf. cl. de Riegger l. e. §. 292. & ſequ.

§. 26. Neque in diſtinguendis ita traditionibus tantum oneris cui fidelium impoſitum eſt. Cuivis ſcilicet vel I. ipſa traditionis materia (*a*) vel II. temporis ratio (*b*) vel III. SS. Patrum teſtimonium (*c*) vel denique IV. illa, quæ quemvis tutiſſimum reddit, & in omni ambiguitate neceſſario conſulenda eſt, infallibilis Eccleſiæ deciſio rem omnem hac in parte expeditam facit (*d*).

(*a*) Illius nempe, quæ poteſtatem Eccleſiæ ſuperat, origo divina eſt.

(*b*) Ipſa ſæpe doctrina tempus prodit, prout vel Aſcenſum Chriſti in cælos non antecedere non potuit, vel tempori eundem conſecuto, & quidem aut Apoſtolorum ævo, aut poſteriori ætati correſpondet, vel plane nulla primorum ſæculorum veſtigia habet. Ceterum invaluit etiam in traditionibus, ut ſi pervetuſtæ ſint, & a viris apoſtolicis deſcenderint, apoſtolicæ dicantur.

(*c*) Legitimi ſanæ traditionis teſtes ſunt SS. Patres, & quidem ſi circa dogma quoddam conſentiunt, non tantum vim probandi, ſed indubium traditionis divinæ argumentum ſuppeditant. Id quod jam demonſtravimus.

(*d*) Sic Chriſtus quidem in ultima cœna Sacramentum Euchariſtiæ in panis & vini ſpeciebus Apoſtolis tradidit; quia tamen propterea præceptum inde deduci nequit, ut etiam alii fideles omnes Euchariſtiam utraque ſub ſpecie ſumant, traditione Eccleſiaſtica ob veregraves cauſas una tantummodo ſpecies ſemper totum Chriſti corpus & ſanguinem alioquin continens indulgeri potuit Conc. Conſtantienſe ſeſſ. XIII. Tom. VIII. ap. Harduin. Col. 3. 81. Concil. Trid. ſeſſ. XXI. C. I. ſic quoque licet Chriſtus aquam vino miſcuerat, tam parum tamen inde aquam vino de neceſſitate Sacramenti miſcendam eſſe docuit Benedictus XIV. de ſacriſ. Miſſæ, quam parum de neceſſitate Sacramenti eſt, aut celebrare in Azymo, quia Chriſtus in eo conſecravit; aut Euchariſtiam ſumere exacta cœna, quia Chriſtus eam non jejunis Apoſtolis tradidit. Quemadmodum jam Gregorius VII. Alexander III. Eugenius III. & IV. Joannes XXII. Benedictus XI. Paulus V. & congregatio de propaganda fide a. 1635. hanc commixtionem diſciplinarem, & tantum traditione humana hactenus neceſſariam factam eſſe; atque quidem poſſe, non tamen ob hanc ipſam antiquiſſimam traditionem debere diſpenſari exiſtimarunt. Conf. cl. de Riegger l. c. §. 296. uſq. 299. item ejuſdem diſſ. de tradit. ſect. II. §. XIII.

§. 27. Denique etiam cave, ne traditionem I. cum iis, quæ ſubinde adſcito traditionis nomine veniunt (*a*) II. cum conſuetudine (*b*) III. cum moribus (*c*) confun-

ſundas; porro IV. ne quibuſcunque, quæ viva Chriſti, Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum voce prolata, & ad nos uſque derivata ſunt, etſi ea non ut dogmatica, vel ut præcepta prolata eſſe conſtet, legis rigorem ineſſe exiſtimes (*d*).

(*a*) Sumitur enim ſubinde traditio etiam I. pro doctrina ſeu inſtitutione, quæ vi obligandi caret, & tantummodo (quin de idoneo auctore conſtet) fidelium uſu trita eſt; aut II. pro uſu & obſervantia juris conſtituti. Atque hinc aliqui traditionem in conſtitutivam, interpretativam, & *inhæſivam* dividunt, id quod obſervantiam juris cum ipſo jure confundere eſt. Hinc quoque alii traditiones Apoſtolicas in *mere Apoſtolicas* & *divinos-Apoſtolicas*, quæ non ab Apoſtolis, ſed a Chriſto originem trahunt, & tantum per apoſtolos ad nos propagatæ ſunt, diſtinguunt; verum etiam ita confuſio juris cum modo, quo id propagatum eſt, committitur; neque rationem video, cur non ita etiam traditiones Eccleſiaſticas in mere Eccleſiaſticas & apoſtolico-Eccleſiaſticas diſpertiantur.

(*b*) Conſuetudo tacito legislatoris conſenſu, traditio viva ejus voce vim accipit; Et ſi conſuetudinem juxta *legem* ſpectes; hæc nequidem, uti traditio, novum jus conſtituit, ſed tantummodo eſt obſervantia, ſeu continuus uſus eorum, quæ lege vel conſuetudine proprie ſumta, vel traditione jam conſtituta ſunt.

(*c*) Aut ſub *moribus* intelligis actiones legi adtemperatas, & ex his ipſis oritur obſervantia, quam a traditione differentem eſſe oſtendimus; aut actiones ejuſmodi, quæ citra animum inducendæ obligationis pio fidelium conſilio ſuſceptæ, atque continuo uſu firmatæ ſunt, veluti aquæ luſtralis uſus; & neque iſtæ ſtrictum traditionis nomen ſibi vendicare queunt, vel ideo, quod traditio jus atque *obligationem* viva ipſius legislatoris voce promulgatum involvit. Ceterum pii hujus generis mores in ſenſu vere lato *traditio libera* audiunt.

(*d*) Ut videlicet traditio obligationem & jus conſtituat, præter ſupra recenſitos genuinos traditionis characteres etiam vel ut dogma, vel ut præceptum propoſita eſſe debet. Hinc ea, quæ arbitrio fidelium relinquuntur, veluti traditiones de ſudario & ſindone Chriſti, de præſepi, de domo Lauretana, aliaſque ſimiles, licet bullis roboratas, eadem denuo de cauſa non jus & proinde non ſtricti ſenſus traditionem, ſed *pias* tantummodo *opiniones* adpellamus. Conſ. cl. de Riegger. l. c. §. 280. 289. 291. 301.

CAPUT IV.

De principiis proximis humanarum legum Eccleſiæ ab ejuſdem Rectoribus editarum.

§. 28. Ab ipſis præcipuis duobus legum divinarum fontibus, Scriptura & Traditione ad fontes alios legum Eccleſiaſticarum deducimur; ſcilicet legum, quæ ab Epiſcopis, & a Romano Pontifice inter eos Primatum tenente nobis perlatæ ſunt, quos S. Petri & Apoſtolorum ſucceſſores & Eccleſiæ noſtræ rectores a Chriſto conſtitutes eſſe, ex ſcripto traditoque divino jure uberius ſuo loco demonſtrabimus (§. 11. 24.)

§. 29. Quæ demonſtratio donec ſequatur, hic interim indicandum venit, eadem, quæ Rectores iſti decrevere, ex traditione humana (§. 11.) ex actis conciliorum, ex conſenſu & praxi Eccleſiæ, ex ſcriptis Sanctorum Patrum, ex reſcriptis Summorum Pontificum & Epiſcoporum, tamquam ex *proximis ſuis principiis* haurienda eſſe, nec aliunde a nobis allata iri.

CAPUT V.

De Principio legum Eccleſiæ etiam in Principum conſtitutionibus collocando.

§. 30. Demonſtrabuntur quoque ſuo loco veritates iſtæ, I. ipſa religione noſtra cuivis imperium civile tenenti, tantum etiam juris eſſe & relictum, & confirmatum, quantum ad perficiendam civitatem, eamque contra nociva quæque defendendam eſt neceſſarium, II. *eſſentialia* noſtræ religionis haudquaquam civitatis felicitati nocere, haudquaquam eidem eſſe impedimento, neque III. Deum velle, ut

Digitized by Google

arbitrio hominum quidquam Religioni accedat, quod fini civitatis eſt adverſum, atque adeo omnia ea, quæ religioni arbitrio hominum advenere & *accidentalia* vocantur, quamprimum Reipublicæ nociva eſſe incipiunt, porro *religioſa* eſſe non poſſe *& illico juſſu Principis, cujus ſolius eſt nociva reipublicæ cognoſcere, e republica debere eliminari*, denique IV. Rectores civitatum, quandoquidem ſummam virium in Republica habent, ac mediis efficaciſſimis ſunt inſtructi, præ aliis Eccleſiæ Patronos, & Advocatos eſſe. Ex quibus veritatibus conſequitur, ut Summis Principibus & tanquam defenſoribus ſuæ Reipublicæ, & tanquam Eccleſiæ advocatis poteſtas ferendi leges *circa ſacra* nequeat controverti (*a*)

(*a*) Omne jus circa ſacra hæc duo complectitur: jus videlicet religionem promovendi, & jus avertendi a republica, quidquid eidem ſub prætextu religionis noceret. Religio ſane fini civitatis divinitus præſtructo nocere non poteſt; id vero poteſt religionis prætextus. Itaque illam promovet Princeps, utpote mediis eam promovendi unus omnium maxime inſtructus, atque hunc jure defenſionis avertit. Quid quæſo mali hoc jus circa ſacra continet? Quomodo periclitatur religio, ſi id, quod reipublicæ nocet, religio non eſt. Sed excedent fortaſſe Principes? Sed tu fortaſſe comedendo excedere poſſes & quis tamen comedendi jus tibi denegabit? Audies, quibus mediis Chriſtus, quibus Apoſtoli, quibus omnes primi fideles ſimili Principum exceſſui obviaverint? & jam nunc notare potes quid de ejuſmodi exceſſu Chryſoſtomus: Lib. adv. Gentil. *Cum impius ait: aliquis Imperator regnat, qui nos undique urget, qui nos infinitis malis exercet, tunc eadem pretium accipiunt, atque inclareſcunt, tunc præmiorum ac triumphorum tempus, tunc coronarum, præconiorum ac virtutis omnis oſtentandæ tempus*. Conf. Cl. de Riegger. cit. op. totum cap. 4. de diſtinct. utriuſque poteſtatis.

§. 31. Quæ ſummorum Principum leges, cum ad Eccleſiam qua talem ſint directæ, inter principia legum Eccleſiam concernentium etiam conſtitutiones Principum non eſſe non poſſunt (*a*).

(*a*) Conf. Reverendiſſ. Rautenſtrauch Abbatis Brzevnovienſis proleg. inſtitutionum Juris Eccleſ. Germaniæ accommodatarum Pragæ 1774. pag. 74. §. 70. quæ uti cetera opera hujus viri, doctrina, eruditione & honeſtate tam nobis quam exteris celebrati, ante alia commendo.

CAPUT VI.

De Jure Naturali tanquam proximo principio earum legum, quæ ratione, & remoto illarum, quæ poſitiva Dei hominumque conſtitutione Eccleſiæ innotuerunt.

§. 32. Religio revelata religionem naturalem (*a*) confirmavit potius, quam deſtruxit, imo nec deſtruere poterat, utpote immutabilem; (*b*) Id quod per decurſum legum Eccleſiaſticarum quovis opportuno loco fideliter monebimus.

(*a*) Conf. Cl. de Martini Exercit. de lege naturali c. 6. §. Cl. de Riegger. in Jur. Inſtit. Proleg. §. 42. & ſequ. & P. I. ſ. 2. C. 9. & in nov. edit. P. I. S. 1. cap. 2. & S. 2. cap. 2.

(*b*) Conf. Cl. & Reverendiſs. Rautenſtrauch cit. prol. §. 71.

§. 33. Hinc Jus Naturæ & illarum legum, quæ circa Religionem atque Eccleſiam jam ſola ratione innoteſcunt (§. 1. 2.) fons eſt, & in reliquos quoque fontes quarumcumque Eccleſiæ legum ſeſe diffundit (*a*).

(*a*) Etiam ea, quæ jure naturali permiſſa ſunt, hoc ipſo ad illud ſeſe referunt, cum jure naturali præcepta prohiberi, Jure Naturali prohibita præcipi, Jure Naturali præcepta aut prohibita permitti nequeant. Neque igitur leges Eccleſiaſticæ, quas *auctoritate* & *origine* tales dicunt, circa aliud quam circa permiſſa Juris Naturalis poſſunt verſari.

* Leges, quas Eccleſia a *Jure Naturali* acceptas ſua authoritate & poſitiva ſanctione confirmavit, vulgo leges *authoritate* duntaxat, non etiam *origine* Eccleſiaſticas compellant. Conf. Cl. de Riegger, l. c. §. 456.

§. 34. Adfer ſcripturæ ſacræ Textum. Si Naturali Juri, ſi publico univerſali contraria interpretatione explicas, non admitto; quis enim ſupremum Numen iis, quæ immutabili naturali lege dictavit, lege poſitiva contradixiſſe admittet (*a*).

(*a*) Conf. Cl. de Riegger. in Inſt. I. E. P. I. §. 2. c. 2. §. 278.

§. 35. Adfer traditionem a divinis adtributis alienam; diſcernam illico, ſi vulgaris aut fabuloſa ſit, atque legis quidem naturalis lumine diſcernam (§. 23.).

§. 36. Edic in hoc illove concilio quoddam decretum abſque matura deliberatione conditum, aut integras quaſdam hujus illuſve Concilii ſeſſiones tibi non œcumenicas videri. Incipiemus ab iis, quæ de ſocietatis cujuſvis natura & negotiorum ſocialium determinatione jam leges naturales nos edocent; & jam inde alia mentis ſenſa tibi fore polliceor (*a*).

(*a*) Conf. Cl. de Martini Poſit. de lege Nat. Cap. 14. §. 670.

§. (37) Inde non minus jam multa de Eccleſiæ per totum orbem diſperſæ conſenſu & quidem num adſit & quomodo obtineri potuerit, dilatata cogitatione comprehendes (*a*).

(*a*) Conf. Cl. de Riegger. l. c. §. 351.

§. 38. Neque in iis, qui præterea ſunt Juris Canonici fontes; videlicet in Patrum Sanctorum ſcriptis, in Decretis Pontificum & Principum conſtitutionibus jurisprudentiæ naturalis axiomata abjici poſſunt. Felices nos, ſi quorundam Patrum ſcripta non hic atque illic malis corruptorum artibus vel mutilata, vel interpolata ad nos tranſiviſſent. Felices ſi quemlibet hujus aut illius voluminis locum primo inconſpectu intime penetraremus! Hæc cum ſe ita non habeant, ad univerſalia interpretationis ſubſidia confugiendum eſt; illa nimirum ſubſidia, quæ modo ex ea, quæ ſubſternitur materia, modo ex ipſo, quem voces habere debent, effectu & fine, modo denique ex libri ejuſdem aut ejuſdem ſaltem authoris clariori alio teſtimonio legem obſcuram demonſtrant (*a*).

(*a*) Conf. Cl. de Riegger. loc. cit. §. 414. 419. & ſeqq. Item Clariſ. de Martini Poſit de lege naturali cap. 22. de leg. & pact. interpret.

§. 39. In Decretis Pontificum nec non aliorum etiam ſacrorum Antiſtitum ſancitis abſque naturali jure omni fere momento hæſitabis. Confundes ea, quæ ad cujuſdam poteſtatis eſſentiam pertinent, cum iis, quæ temporum intervallis advenere. Confundes autem hoc ipſo etiam omne conſtitutionum eccleſiaſticarum pondus, quod non aliunde, quam ex natura poteſtatis, cui conſtitutiones innituntur, rite æſtimari poteſt (*a*). Vereor ne contra primam cujuſvis promulgationis notionem illud, quod etiam Romanis tantum valvis affixum eſt, vel ideo jam per totum orbem valere admittas (*b*). Vereor ne admittas porro decreta quæcunque, etſi immutabili illi, quam Divinus civitatum auctor ſtatutis eſſentiæ contrariis neque ipſe violare potuit, immutabili inquam illi naturæ legi ſint quam maxime oppoſita (*c*).

(*a*) Conf. Cl. de Riegger oper. cit. c. 6. §. 355. & ſeqq.

(*b*) Conf. ibidem §. 174. 390. & ſequentibus.

(*c*) Conf. ibidem §. 393. & ſeqq. atque ſimul animadverte, quam modice ſapiant ii, qui Canones quoſdam contra poſitivam Dei legem incidenter quid ſtatuentes ipſi rejiciunt, naturali autem & publico univerſali juri, æque Divino, contrarios pertinaciter tuentur.

§. 40.

Digitized by Google

§. 40. Si vero alicubi tum certe in perſpiciendo illo, quod Imperanti circa ſacra vindicamus, jure omnes juriſprudentiæ naturalis partes in uſum atque conſilium veniant neceſſe eſt. Ipſum jam nomen hujus *circa ſacra Juris* mentem tuam exturbabit, ſi non ejuſdem naturam ex naturali civitatum lege, atque id non tantum quid innocui ſed Majeſtatis eſſentiale eſſe comprehendis. Si non imperil civilis a poteſtate ſacra diſtinctionem ex eadem naturali lege fueris edoctus.

* Non pejus igitur & Eccleſiæ & Reipublicæ proſpectum eſſet, quam ſi ſacros canones explanans non continuo, aut quod probe notandum eſt, non ſincero & convicto animo Jus Naturæ & publicum univerſale ſequeretur. Conf. Io. Endres Diſſert. de neceſſario Juriſprud. nat. cum Eccleſiaſtica nexu, & illius in hac uſu.

** Nunquam autem explanandis rite legibus naturæ, earumque, ut neceſſe eſt, cum alio quovis jure advertendum nexum oſtendendo par erit, qui non in omnibus juriſprudentiæ partibus ſe ſolide verſatum eſſe, docere poterit. Juvat hic ſubnectere verba Cl. Prof. Lipſienſ. Frid. Schott, quibus eundem mecum ſenſum ita exprimit: *Non Inſtitutor ſolummodo philoſophicus, ſed potius doctus Juriſperitus qui de jure Naturali inſtruat, ſeligatur. Ex illo enim, vocum ſenſu fortaſſe haud ſatis explicato, earum uſus, qui plurimum opus eſt, non expectandus*, pag. 202., *in juridicialis Encyclopædiæ & Methodologiæ exemplum*.

LIBER TERTIUS
DE LEGUM ECCLESIASTICARUM COLLECTIONIBUS.

CAPUT PRIMUM.

De collectionibus legum Eccleſiaſticarum in genere.

§. 41. Principiis hiſce rite perſpectis licebit demum etiam rite interpretari eas; quæ extant legum Eccleſiaſticarum collectiones. Ad quas ipſas cum in ſequentibus pro ſententiarum noſtrarum multiplici robore ſimus provocaturi, etiam earundem notionem ſequentibus præmittendam duximus.

§. 42. Collectiones canonum ſunt recenſiones quædam conſtitutionum Eccleſiaſticarum, quæ aut *chronologico* temporum, queis prodiere, aut *Syſtematico* materiarum ordine & quidem auctoritate vel publica vel privata in unum volumen ſunt congeſtæ. Plures ejuſmodi collectiones ceu totidem membra *quoddam Canonici juris Corpus* efficere dicuntur.

(a) Ea, quæ Rectores Eccleſiæ decreverunt, maluerunt *canonis* quam *legis* nomine promulgare. Κανων nempe regulam ſolam ſignificat, nec illud legibus perfectis innexum jus cogendi aperte exprimit. Quo ipſo Eccleſia lene ſuum & mite regimen, quod in agendo obſervat, nec loquendo ſe tranſgredi velle, cautiſſime manifeſtat. conf. cl. & Rev. Rautenſtrauch cit. Prolegom. cap. 1. §. 2.

§. 43. Et quidem de extantibus Canonum collectionibus ſcito paucis: *Canonicum Jus* pro earumdem complexu acceptum in *antiquum*, *novum* atque *noviſſimum* ita poſſe diſpeſci, ut *illud* Collectiones ante Gratiani laborem confectas; *iſtud* tam eas, quæ communi juris canonici corpore continentur, quam reliquas, quæ intermediæ prodierunt; hoc denique cunctas inde a compilato juris canonici corpore editas complectatur (a).

(a) Tantum abeſt, ut primis Eccleſiæ temporibus fuerit ejuſmodi canonum collectio, ut potius *arcani diſciplina* viguerit; ſcilicet ob perſecutiones gentilium, & ne horum eorundem ludibrio ritus & myſteria ſacra exponerentur. Sub Conſtantino M. demum floreſcere Religio, celebrari concilia, retundi hæreſes, nec non multa circa diſciplinam ſtatui, atque ad perpetuam memoriam adnotari cæpere. Id quod hunc duplicem per omnes dein collectiones continuatum habuit effectum, ut canones & facilius ac uno veluti obtutu ante omnium verſarentur oculos, & eo melius etiam ac certius ita conſervarentur.

* Patet, quod antiquitatem & novitatem legum ex tempore, quo prodierunt, non ex doctrina dimetiamur. Enim vero ſi adtenderemus doctrinam canonibus contentam, alia longe nobis juris *antiqui*, *novi* & *noviſſimi* ſignificatio foret; cum nova Eccleſiæ diſciplina medio ævo ſit introducta, & per recentiores demum canones iterum propius ad antiquiorem redeatur, uti perlectis iis, quæ fideliter adſeremus, facile pateſcet.

CAPUT II.

De Collectionibus Juris Eccleſiaſtici antiquis.

§. 44. Collectiones, ut ajunt; *Antigratianeæ* in *orientali Eccleſia* aliæ; aliæ in *Eccleſia occidentali* adornatæ ſunt. Utrobique quædam *majoris*; reliquæ *minoris* nominis notam obtinuere (a).

(a) Conf. Tab. III. & IV.

E S

Tab. III. Tom. I. pag. 20.

In Eccleſia Occidentali.

Materia.	*Forma.*	*Inſcriptio.*	*Editio.*
Primæ Collectioni Græcorum Latinum verſæ intexebantur .nones Conciliorum Sardicenſis ; Chalcedonenſis.	Eadem, quæ in prima Collectione Græca, Canones autem Sardicenſes poſt Concil. Nicænum, Chalcedonenſes poſt Conſtantinopolitan. collocati.	Priſca Canonum editio Latina.	A *Chriſt. Juſtello*, & in Bibl. Jur. Can. Vet. Juſtelli & Voelli Tom. I. pag. 275.
ɔvæ prioris verſionis Collectio- adject; Canones Apoſtolorum Concilii Sardicenſis XXI. & ;nod. Africanarum CXXXVIII.	Eadem, quæ in priori præpoſiti tamen Canones Apoſtolorum, & in fine Canones Conci- [illegible]	COLLECTIO Canonum Eccleſiaſticorum. Sive CODEX Canonum vetus Eccleſiæ Ro- [illegible]	Biblioth. J. C. T. I. pag. 101.
Adjecta prioribus ſunt ſpuria ɔntificum SIRICIUM antecedenım Decreta, & nonnullorum ·lam poſteriorum cum Canonibus ɔoſtolorum, aliiſque.	A priori non diverſa, præpoſiti ſunt Canones Apoſtolorum, & ſuppoſititiæ Epiſtolæ Pontificum ſuis locis habita temporum ratione infertæ.	COLLECTIO Conciliorum, & Decretalium.	Tota Collectio hucuſque lucem non vidit; falſas autem Decretales ſingulari cura excuſſerunt: David Blondellus in Pſeudo-Iſidor. & Petrus Conſtantius in præfat. ad Collect. Epiſt. Decret.

Digitized by Google

E S

nt. Tab. IV. Tom. I. pag. 20.

In Eccleſia Occidentali.

.	*Materia.*	*Forma.*	*Inſcriptio.*	*Editio.*
N- 'E- US ar- i .	Capitula CCXXXIII. in quibus Canones fere omnes præter Calcedonenſes, ex priſca verſione latina excerpti inveniuntur, adjectis etiam Canonibus conciliorum Zellenſis, Suffetulenſis, Septimunicenſis, Macrianenſis, Mazaranenſis, Theniatani, & Tusdritani.	Servatus materiarum, non autem temporis ordo.	BREVIATIO Canonum Eccleſiaſticorum.	Curante *Petro Pithoeo* Paris 1588. deinde & a *Chriſt. Juſtello* 1628. *Antonio Dadino Alteſſera* 1620. *Petro Franc. Chifletio* 1649. Tandem in Bibl. Jur. Can. Vet. *Juſtell.* & *Voel.* Tom. I. p. 438.
T I- bas , pi- ac-	Capitula LXXXIV. in quibus Canones Orientales tranſlati de Græco in Latinum, & nonnulli alii Conciliorum Hiſpanicorum, Toletani præſertim, & Braccarenſis continentur.	Digeſti autem ſunt hi Canones ad certas materias.	LIBER CAPITULORUM ex Orientalium Synodis, ſive COLLECTIO CANONUM Orientalium.	In cit. Bibl. Jur. Can. Vet. Tom. I. Append. pag. 7. cum marginalibus notis *Jo. Doujatii*.
O- Epi- tri-	Duæ collectiones a Creſconio editæ habentur: in priori ad CCC. capita concordes Canones Conciliorum, & conſtitutiones Pontificum referuntur, in altera Canones ipſi, & Decreta eodem ordine per capita CCC. deſcripta exhibentur.	Canones non juxta ordinem Conciliorum, & Canonum conſequentiam, ſed juxta rerum, ſeu materiarum rationem diſpoſiti.	I. BREVIARIUM Canonum. II. CONCORDIA, ſeu liber Canonum.	Edit. Breviarii cura *Petri Pithoei* cum Fulgentio 1588. & 609. ac *Chriſt. Juſtell.* 1628. &c. tandem in Bibl. Jur. Can. Tom. I. pag. 458. & ejuſdem concordia Canonum ibid. in Appendice p. 33. 112.
EA- reſby- rdina-	Canones XXXVI. ex Canonibus & ex *variis SS. Patrum*, & *Chriſt. Principum auctoritatibus congeſti*.	Canones ad priores [illegible] ctor tenuit.	COLLECTIO [illegible], LIBER CANONUM.	In *D. Acherii* ſpicilegii Tom. IX.
piſco- arno-	Prioris Canones partim ex Epiſcopis Rom. Pont. partim ex geſtis Concil. partim ex Tractatibus SS. Patrum, partim ex Conſtitut. Princip. deſumpti. Alterius eadem eſt materia, quæ in priori.	I. Dividitur in XVII. partes, ſive libros, qui iterum in Capitula ſubdividuntur. II. Diverſus eſt ordo. & fere hæc Collectio nihil aliud eſt, quam ſuperioris compendium.	I. DECRETUM CANONUM, ſive EXCERPTIONES regularum Eccleſiaſticarum. II. PARNORMIA, ſive PANNOMIA.	Decretum editum Lovanii 1561. opera *Joan. Molinæi*, & accuratius *Jo. Fronto* Pariſ. 1641. Panormia vulgata a *Sebaſt. Brant.* Baſil. 1499. & a *Melch. a Voſmediano* Loven. 1551.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Series & inſcriptiones collectionum in eo contentarum.	Tempus, quo quælibet prodiit.	Ci
I. *Decretum* A ſuo quidem auctore inſcripta *Concordia diſcordantium Canonum.*	Circa annum 1151.	Opera Gr nonien ſtat qu nendum quidem juſſu lic præcipue boratum allegatur conſtitutio recipiebatu auctoritaten
V. *Extravagantes Joannis XXII.*	1325.	tiones iſtæ ex cujus ſummi pus Juris per ſtat.
V I. *Extravagantes Communes.*	Circa finem ſeculi XV.	Eadem hic (quæ bus) habetur i tiſſimum eſt, t mul ac corpori receptæ ſunt, i feciſſe fidem.

Digitized by Google

§. 45. Inter veteris Juris Collectiones in Eccleſia orientali confectas primum illa, quæ Joannem Scholaſticum auctorem habet, canones Apoſtolorum recenſet. Ille vero hos canones haudquaquam ab ipſis Apoſtolis profectos, tot tantaque nos edocent argumenta (*a*).

(*a*) Quiſnam enim certius id ſcire potuiſſet, ac antiquiſſimi Patres illi, qui Apoſtolorum ævo, recentiſſimæque eorum, quæ ab Apoſtolis geſta ſcriptave ſunt, memoriæ fuere propiores. Et quomodo non iidem Patres (veluti alia Apoſtolorum opera, ita & hos canones ſuis prodidiſſent monumentis? Dum itaque nec in Apoſtolorum actis, nec in aliis priorum quatuor ſeculorum ſcriptis iſtos Apoſtolorum Canones deprehendimus, an non vel inde jam eorundem fides quam maxime labefactatur? Præcipue autem.

2. Cuivis ſuſpicionem movere id debet, quod & Euſebius & Hieronymus, quod colligendis Apoſtolorum operibus proprie inſudaſſe novimus, altum de his ipſis taceant canonibus.

3. Novitatem producunt tot, quæ in iis leguntur vocabula & temporibus Apoſtolorum recentiora & in aliis Apoſtolorum ſcriptis etiam ideo non invenienda, ceu ſunt *Clericus Cathalogus Clericorum*. *Laicis* &c. Conſ. Can. 11. 12. 23. &c. Quidquod.

4. Falſiſſima quibuſdam contineatur doctrina; quemadmodum nempe per Can. 45. & 67. Baptiſma ab hæreticis collatum ſimpliciter reprobatur.

5. Accedit, quod ſi Canones iſti tanquam genuini a Patribus fuiſſent agniti, illæ profecto controverſiæ, quas inter *Victorem* P. & Aſiaticos Epiſcopos paſcha cum Judæis celebrare volentes; & inter *Stephanum* P. & S. *Cyprianum* hæreticos rebaptizandos eſſe docentem ortas novimus, haudquaquam oriri potuiſſent. Obtinuiſſet ſane Victor vel unico Canone 7. quo Epiſcopus aut Presbyter aut Diaconus ſanctum diem paſchæ cum Judæis celebrans deponi jubetur; neque ſanctiſſimi Epiſcopi Aſiæ cognito hoc Apoſtolorum canone contrarium ſentire taceo ultra reſiſtere eſſent auſi. Obtinuiſſet quoque contra Stephanum Cyprianus, neque ille obſtantibus Can. 45. & 67. paulo ante citatis contrariam Cypriano oppoſuiſſet traditionem. Et num.

6. Adhucdum Liber III. Machabæorum inter dubios numerari poſſet, dum Can. 84. aperte libri de Machabæorum geſtis tres, inter venerandos ac ſacros libros collocantur.

7. Denique ſufficit illud ſynodi Romanæ a. 494. ſub *Gelaſio* celebratæ decretum, cujus parte *priore* enumeratis omnibus Apoſtolorum operibus hi Canones omittuntur, & *poſteriore* dein admumerantur Apocryphis.

Tot tantaque argumenta certe eo valere debent, ut nominatos Canones non tantum fortaſſe in multis depravatos, ſed omnino non ab apoſtolis profectos eſſe tueamur. Novimus quidem I. a Synodo Trullana eſſe decretum, ut octuaginta quatuor Canones Apoſtolorum firmi ſtabileſque maneant. II. eoſdem a pluribus Conciliis eſſe confirmatos. III. Celebratos a Joanne Damaſceno. IV. a ſynodis ſeculo 4. prioribus expreſſam Canonum Apoſtolicorum fieri mentionem. Enimvero, etſi Apoſtolos revera auctores non habeant, utique eo, ſub quo tunc noti erant, nomine generarim confirmari poterant, quin propterea ipſa facti veritas æſtimari poſſit ſtabilita. Ipſæ ejuſmodi confirmationes Joannem Damaſcenum alioſque, ut eorundem Canonum præcipui defenſores eſſent, plerumque permoverunt. Denique Synodi ſeculo 4. priores rectiſſime quorundam Canonum Apoſtolicorum mentionem fecere, ſiquidem & canones quosdam ab ipſis Apoſtolis conditos & præterea Apoſtolicam diſciplinam a viris Apoſtolicis continua piiſſimarum Conſtitutionum ſerie roboratam fuiſſe cognitum perſpectumque habemus. Sed num inde etiam eoſdem, qui circumferuntur, Apoſtolorum Canones genuinos eſſe, jam nobis evidens eſſe deberet.

* Circumferuntur vulgo 84. ceu nempe recepti ſunt a Concilio Trullano. Quo tamen non obſtante 60. alii, alii 50. admittunt. Eccleſia *Græca* omnes 84. *Latina*, teſte Dionyſio Exiguo, tantum 50. priores agnovit.

§. 46. Idem quod de Apoſtolorum *Canonibus* etiam de *Conſtitutionum* Apoſtolicarum libris octo, licet nobis ferre judicium; quandoquidem non minus recentiores doctrinas *terminoſque* exhibent, controverſias multo poſt tempore ortas habent definitas, & non tantum a Gelaſio *implicite* una cum Canonibus Apoſtolorum, in quorum Can. 84. ad eas provocatur, ſed etiam a poſterioribus græcis propter varias a pietate alienas aut plane hæreticas ſententias rejecti ſunt (*a*).

(*a*) Veriſſimum præterea eſt, quod Bellarminus de ſcript. Eccleſ. in Clem. Rom. ſcribit. *in Eccleſia latina nullum eas fere nomen habere*.

* Cum inter conſtitutiones & Canones Apoſtolorum tam materiarum quam ſententiarum mira deprehendatur concordia; nec non ipſa Ca-

Digitized by Google

Canonis 84. verba ſat clare inſinuent, eundem utriuſque collectionis eſſe auctorem, hinc quoque utramque ab eodem impoſtore & eodem, cujus vocabula & res enunciant, ſeculo quarto orbi Chriſtiano fuiſſe obtruſam omnes eruditi ſolido certe ex fundamento conjiciunt.

§. 47. Sed & inter omnes eruditos jam certum perſpectumque habetur, Epiſtolas ſub nomine mercium Iſidori famoſas minime iis, quibus ceu authoribus ab Iſidoro tribuuntur, ſuam debere originem (*a*).

(*a*) Quis fuerit Iſidorus ille, qui jam *mercator* jam *peccator* dicitur, in incertis poſitum eſt. De ipſo utroque hoc cognomine animadvertit Petrus de Marca: olim Epiſcopos *peccatoris* quidem cognomen ſibi ex humilitate ſumſiſſe, ſuiſque adſcripſiſſe nominibus: atque hoc non rite intellecto aut oſcitanter inſpecto quosdam ſubinde *peccatoris* loco, *mercatoris* nomen deſcripſiſſe. Quidquid demum ſit, revera & falſiſſimarum *mercium* venditor & *peccator* omnino inſignis non eſſe non poterat, qui piiſſimis primorum ſeculorum Pontificibus tot ineptiſſimas affingere Epiſtolas; poſteriorum vero Pontificum litteras partim interpolare partim mutilare auſus, fraudes Religioni & rebus publicis pernicioſiſſimas in univerſum orbem diſſeminavit. Non quæramus multum, quodnam ipſi, ut tam fraudulentum caperet conſilium, motivum fuerit. Pontificiæ ſedi adulari; juriſdictionem ejuſdem non tantum ultra primatus, ſed etiam ultra omnis ſacræ poteſtatis limites extendere, atque hoc ipſo Epiſcopos & imperantes civiles ſub jugum mittere intendit. Qua quæſo, ſi non peſſima & fallaci, ratione id exequi potuiſſet? erat quidem executio hæc tum eo facilior, quo magis blandientem hanc ſibi Iſidorianam collectionem urgebant Pontifices, & quo minus in antiquitatum Eccleſiaſticarum literarum puriorum, & cumprimis artis criticæ notitia verſati erant reliqui, dum ſcilicet eo tempore partem non tantum plebis, ſed & eorum, qui aliquid ultra plebem erant, certe maximam ſimul fuiſſe rudiſſimam rectiſſime dixeris. Præterea etiam ipſum, non diffitemur, *Iſidori* nomen inde ab *Iſidoro Epiſcopo* Hiſpalenſi celebri illo Canonum Collectore ab omnibus ſummopere æſtimatum plurimos feſellit, ut eandem collectionem etiam huic Iſidoro Epiſcopo adſcriberent, atque venerarentur. Quæ ſane omnia, illamque cumprimis per ſeptingentos annos continuatam ruditatem ſi conſideremus, ille quem hæc collectio per ſeptingentos fere annos triumphum egit, non tam admirationem parit, quam infandum nobis renovat dolorem. Ceterum ea, quæ tandem eruditis, & quidem non Proteſtantibus tantum, ſed pridem etiam Catholicis ad reiiciendam Iſidori peccatoris collectionem animos dedere, hæc ſunt argumenta.

1. Non credibile eſt, tot Epiſtolas, quas tanquam a priorum ſeculorum Pontificibus ſcriptas Iſidorus peccator in ſua Collectione refert, Euſebio, Hieronymo aliiſque Scriptoribus, qui in conſervandis Romanorum Pontificum litteris adeo ſoliciti erant, fuiſſe ignotas.

2. Non credibile magis, tanta antiquitatis inſtrumenta univerſe per tot ſecula fuiſſe neglecta.

3. Vero ſimile quoque non eſt, quod ſuper iiſdem punctis, quæ hiſce decretalibus deciſa eſſe conſpiciuntur, illo ſex ſeptemve priorum ſeculorum curriculo tantæ agitari potuiſſent controverſiæ.

4. Omnium peritorum certe excedit captum, cur nullus Romanorum Pontificum uſque ad Nicolaum I., qui ſeculo demum IX. Pontificium tenebat ſolium, pro vindicanda ſedis Apoſtolicæ auctoritate, iiſdem, ſi extitiſſent, Epiſtolis fuiſſet uſus.

5. Nemini quoque non impoſſibile videri poteſt, ut, dum ipſæ harum Epiſtolarum inſcriptiones indicant eas quaquaverſum & ad remotiſſimas etiam regiones eſſe miſſas, nulla alicubi exemplaria ante ſeculum VII. vel VIII. innotuiſſent. Sed &

6. Sufficiens jam falſitatis argumentum ſuppeditat *Dionyſius Exiguus*, qui vir & ſummæ eruditionis & Romæ exiſtens, & *qua valuit cura & diligentia*, colligendis anteriorum Pontificum Epiſtolis ſtudens, nullam tamen decretalem nobis recenſet Epiſtolam, antiquiorem *Syricio*, a quo ſcilicet non alia ex ratione, quam quia nullius antiquioris Pontificis præcipue quædam Epiſtolæ erant reperiendæ, illam ſuam celebrem & tanto cum adplauſu dein receptam collectionem ordiebatur. Etſi ſane antiqui ſcriptores Epiſtolarum quarumdam, quas in Dionyſii Collectione omiſſas eſſe non diffitemur, faciant mentionem, eædem tamen Epiſtolæ ſolummodo tales ſunt, quæ ad particularem aliquam quæſtionem ſpectantes Dionyſii ſcopo unice in Canonicam diſciplinam intento haudquaquam ita erant opportunæ, quemadmodum fuiſſent iſtæ, queis Iſidorus peccator diſciplinam relatam omnino illam veteris Eccleſiæ eſſe cunctis perſuadere volebat.

7. Non ſuſpicionem non movere poteſt, quod ipſiſſima, quæ in iſtis Epiſtolis leguntur, in recentiorum Pontificum, Conciliorum, Patrum & auctorum monumentis ad verbum ſint deprehenſa; cui argumento non quæſo oppone,

ca-

eadem a recentioribus inde ex illis Epiſtolis eſſe accepta. Enimvero laudaſſent certe recentiores illarum Epiſtolarum loca vel ideo, quod ita quam maximam ſuis dictis conciliaſſent fidem. Sed & id ſuſpicionem auget potius, quam deminuit, quod ejuſmodi harum Epiſtolarum fragmenta cum ſtylo illius recentioris operis, unde deſumta ſunt, examuſſim conſpirent, imo meliore ordine eo quadrare deprehendantur. Contra facile advertes.

8. Cuncta, quæ non aliunde deſumta ſunt, eodem & uniformi ſtylo eſſe exarata. Quid igitur aliud, quam has epiſtolas ſub una eademque manu prodiiſſe concludemus. Sed &

9. Eatenus quoque ex ſtylo falſitatis proximum judicium eluceſcit, quatenus is ſimul barbarus, atque ab illa antiqua linguæ elegantia quam longiſſime eſt remotus. Intermixtas præterea

10. Videbis citationes ſacræ Scripturæ ex verſione vulgata, & interpretatione S. Hieronymi tanto tempore poſterioris.

11. Concurrunt ad elevandas eaſdem epiſtolas tot falſæ temporum & conſulatuum conſignationes: denique

12. Quemadmodum continent ejuſmodi, quæ illorum Pontificum temporibus penitus fuerant ignota, ita contra mentionem nec minimam faciunt eorum, quæ tamen prioribus ſeculis erant quam frequentiſſima. Nil ſcilicet ibidem de trium primorum ſeculorum hæreticis, nil de perſecutionibus gentilium, & pænitentiis lapſorum, nullas ad martyrium ſubeundum exhortationes invenimus.

§. 48. Non tamen exiſtimes omnem ideo collectionibus iſidorianæ uſum exulare. Præterquam enim quod nobis antiquum Eccleſiæ Codicem conſervavit, variaque retulit Concilia; utique pro diſcutiendis poſterioribus collectionibus; quibus compilatos, aut ipſas falſas Iſidori merces, aut inde profluentia falſiſſima principia inſeruerunt, Juris Canonici interpreti fere quotidiano eſt uſui.

§. 49. Univerſæ veteres Juris Canonici collectiones duplicem adhuc habent uſum, *hiſtoricum* ſcilicet alterum, alterum *legalem*. Neque enim antiquam tantummodo inde diſciplinam cognoſcimus, ſed etiam cunctis illis veterum eccleſiaſticis legibus, quæ non poſteriore quadam lege, aut legitima conſuetudine abrogatæ eſſe demonſtrari queunt, priſtinum ſuum eſſe vigorem, non defendere non poſſumus.

(*a*) Conf. Cl. de Riegger Jurisp. Eccl. P. II. Proleg. §. 1. uſque 56.

CAPUT III.

De Collectionibus Juris Eccleſiaſtici novis.

§. 50. Ad Jus Canonicum, quod novum diximus, referendæ veniunt collectiones iſtæ 1. Decretum Gratiani (*a*); 2. ea, quam ex codice pervetuſto Bibliothecæ Haſſo-Caſſelanæ publici Juris fecit Henr. Boehmerus (*b*), 3. Collectio Decretalium *Alexandri* III. 4. Breviarium extravagantium *Bernardi Circa*. 5. Collectio Joan. Gallenſis. 6. Decretales *Innocentii* III. 7. Collectio Decretalium vulgo *quarta* poſt Concilium Lateranenſe IV. 8. Collectio Canonum Honorii III. (*c*) 9. Decretales Gregorii IX. (*d*) 10. Collectio Decretalium Innocentii IV. 11. Collectio Gregorii X. (*e*) 12. Liber ſextus Decretalium (*f*) 13. Clementinæ (*g*), 14. Extravagantes Joannis XXII. (*h*). 15. Extravagantes communes (*i*). Sub quarum finem in communi noſtro Juris Canonici corpore etiam *Librum ſeptimum Decretalium* (*k*). nec non *Lancelloti Inſtitutiones* (*l*) conſpicimus, quamtumvis horum operum neutrum publica adhuc auctoritate ſit roboratum (*m*)

(*a*) Conf. Tab. V. quæ quidem eas ſolummodo collectiones exhibet, ex quibus Corpus Juris Canonici conſurrexit; & ſcito inſuper

1. Confeciſſe Gratianum ſuum opus ex Conciliorum, tum univerſalium, tum particularium Canonibus, Epiſtolis Pontificum, ſententiis Patrum, ſacrę Scripturę locis, & imperatorum Romanorum, Regumque Francorum legibus; ſed

2. Præterquam, quod non ſanæ Theologiæ hic atque illic adhibitæ, commiſſorum tot contra hiſtoriam artemque criticam errorum; porro mutuatarum Iſidori mercium & ordinis haudquaquam Syſtematici incuſetur, etiam hoc notari in eo, quod ipſa laudatorum fontium

authen-

authentica inſtrumenta ſe non inſpexiſſe, & anterioribus Canonum collectoribus nimiam ſæpe fidem adhibuiſſe commonſtret. Conf. Cl. de Rieg. Diſſ. de Decreto Grat. & Tab. VI.

(*b*) Conf. Corp. Jur. Can. a Boehmero editi Tom. II. in appen. num. 2. & ejusdem Diſſ. de Decret. Pontif. R. var. collect. §. 13. in not. Sufficit, quod ſequentes compilatores multa inde in ſuas collectiones derivarint; ad has itaque vel ſupplendas, vel emedandas, intelligendasve etiam multum hæc collectio non prodeſſe non poteſt.

(*c*) Conf. de his omnibus collectionibus Cl. noſtrum de Riegger Juriſprud. Eccl. P. II. proi. §. 80. uſque 90. atque inde animadverte 1. illam collectionem, quam *Innocentius III.* per *Petrum Beneventanum* conficiendam curavit, primam eſſe, quam publica auctoritate adornatam novimus. 2. antiquas Decretalium collectiones a prioribus Juris Canonici interpretibus eas quatuor, quas a *Breviario Bernardi Circa* uſque IV. *Decretalium collectionem* numerabant, eſſe judicatas, & hinc etiam dein collectionem Honorii II. *quintæ* nomen accepiſſe. 3. Cunctas has collectiones non utiles tantum, ſed & neceſſarias etiamnum eſſe, quatenus ſcilicet & veterum diſciplinam, & obſcura collectionis Gregorianæ loca nobis dilucidant, ſimulque ejuſmodi exhibent Canones, qui quamdiu non legitima poſterior oſtendatur mutatio, adhucdum non valere non queunt.

(*d*) Conf. Tab. V. atque iterum iterumque tibi perſuaſum habe, vel ideo antiquarum collectionum inſpectionem manere quam maxime neceſſariam, quia in Decretalibus Gregorii IX. earundem compilator tot mutilas diruptas interpolataſque nobis retulit conſtitutiones, quæ, niſi ab antiquis collectionibus lucem petas in tantis tenebris profecto nunquam comprehendentur. Conf. Ant. Auguſt. in præf. de emend. Grat.

(*e*) Conf. Tab. V. ubi occaſione materiæ & formæ illius collectionis, quæ in corpore Juris Canonici tertia eſt, etiam harum earundem collectionum memini. Conf. quoque C. de Riegger l. c. §. 93. & ſeq.

(*f*) Conf. Tab. eandem.

(*g*) Conf. eandem & nota: verius eſſe hanc collectionem jam publicatam fuiſſe in Conſiſtorio, etſi aſſerant nonnulli: ipſum *Clementem* moribundum mandaſſe, ut ea aboleretur. Cl. Riegger l. c. §. 97.

(*h*) Conf. eand. Tab. V.

(*i*) Conf. eadem.

(*k*) Quæ relatis collectionibus poſteriores erant Canones, ſub finem ſeculi XVI. privata opera collegit *Petrus Matthæi* Juris conſultus Lugdunenſis; atque id ipſum opus, etſi nonniſi mutatis titulorum inſcriptionibus eundem cum reliquis librorum numerum habeat, ſub nomine Libri ſeptimi Decretalium recentioribus Corporis Juris Canonici editionibus eſt adjunctum; quin tamen adhuc ulla talis, veluti de Extravagantibus conſtat, receptio aut adprobatio acceſſerit. Ceterum ea, quæ in hac collectione continentur, ſi qua legali vi aliunde pollent, quamvis non ex Corpore Juris, attamen ex illo alio ſuo fonte allegari poterunt.

(*l*) Non tantum *Paulus Lancellotus* a. 1553. ſed etiam *Ant. Cuchius* a. 1567. ad imitationem Inſtitutionum juris civilis Inſtitutiones Juris Canonici, ceu ejusdem compendium edidere. Neuter autem publicam auctoritatem obtinuit; eatenus tantum feliciore *Lancelloto*, quatenus ſaltem Corpori Juris Canonici nominatæ ipſius inſtitutiones ſunt adjunctæ.

(*m*) Novam Decretalium collectionem etiam *Gregorius* XIII. etiam ejuſdem Succeſſor *Sixtus* V. non tentarunt ſolum, ſed jamjam perfecerunt. Variis autem ea ſuppreſſa eſt ortis contentionibus. Conf. cl. de Riegger l. c. §. 101. & qui ibidem laudatur *Struv.* in Hiſt. Jur. Can. §. 34. Generatim autem de Canonum collectoribus certum habe, eos quam frequentiſſime ex codice Thedoſiano, aliorumque Imperatorum Novellis; ex codice & Novellis Juſtiniani; ex jure feudali, ex capitularibus Regum Francorum, quæ primum a. 827. *Anſegiſus* cujuſdam Gallici Monaſterii Abbas, & dein an. 845. *Benedictus Levita Moguntius* collegit, modo integras conſtitutiones, modo integras quidem ſed male intellectas, aut plane vel interpolatas, vel mutilatas in ſua tranſtuliſſe collectiones. Quorum quidquid factum eſt, ipſorum dictorum fontium notitia & inſpectione certe Canonici Juris prudens, cujus interpretationi plenam fidem habeas, carere non poteſt. Conf. cl. de Riegger l. c. cap. II.

CAPUT IV.

De Collectionibus Juris Eccleſiaſtici noviſſimis.

§. 51. Ad noviſſimam denique Juris Canonici epocham pertinent 1. ſtatuta Concilii Piſani. 2. Conſtantienſis. 3. Baſileenſis. 4. Ferrarienſis dein Florentini. 5. Lateranenſis V. 6. Tridentini (*a*) porro 7. Regulæ Cancellariæ (*b*) 8. Declarationes Cardinalium (*c*) 9. Deciſiones Rotæ Romanæ (*d*) 10. Bullarium magnum (*e*) 11.

Digitized by Google

S.

O USUS EST GRATIANUS.

Tab. VI. Tom. I. pag. 24.

	In Parte Tertia.
C. 32. ibid.	C. 1. Diſt. I.
C. 11. XI. q. 3.	C. 2. ibid.
C. 14. ibid.	C. 11. ibid.
C. 16. ibid.	C. 13. ibid.
C. 17. ibid.	C. 14. ibid.
C. 27. ibid.	C. 16. ibid.
C. 76. ibid.	C. 17. ibid.
C. 82. ibid.	C. 21. ibid.
C. 89. ibid.	C. 39. ibid.
C. 95. ibid.	C. 40. ibid.
C. 55. XI. q. 4.	C. 41. ibid.
C. 2. XII. q. 1.	C. 42. ibid.
C. 9. ibid.	C. 48. ibid.
C. 13. ibid.	C. 54. ibid.
C. 16. ibid.	C. 60. ibid.
C. 26. ibid.	C. 68. ibid.
C. 22. ibid.	C. 71. ibid.
C. 1. XXX. q. 1.	
C. 1. XXX. q. 5.	
C. 10. ibid.	
C. 11. ibid.	
C. 24 Diſt. I. de pœnitent.	
C. 21. Diſt. III. de pœnitent.	
C. 2. XXXV. q. 2. & 3.	
C. 10. ibid.	
C. 2. XXXV. q. 8.	

Digitized by Google

EBRATA

VIII. Tom. I. pag. 25.

	ACTA.
a- r- l-	Extant in Collectione COLETI T. XII. Col. 1327. & in collect. HARDUIN. T. VI. P. II. Col. 1109.
ſt m ɔ-	In COLET. T. XII. Col. 1497. In HARDUIN. T. VII. §. II. Col. 1207.
- - -	In COLET. T. XIII. Col. 409. HARDUIN. Tom. VII. §. II. Col. 1671.
X	
	In COLET. XIX. Col. 792. HARDUIN. T. IX. Col. 1561.
	n COLET. T. XX. XXI. HARDUIN. T. X. Col. 1.

Digitized by Google

Digitized by Google

ECCLESIA

ab. VII. Tom. I. pag. 25.

...s.	ACTA.
	Extant in Collectione Labbeo .Veneta cura COLETI T. II. Col. I. & in collect. HARDUIN. T. I. Col. 310.
a Græ-	In COLET. T.I. Col. 653. HARDUIN. T. I. Col. 635.
ecti diu	In COLET. T. I. Col. 1089. HARDUIN. T. I. Col. 807.
hæreſis m quam	In COLET. Tom. III. Col. 509. HARDUIN. T. I. Col. 1271. HARDUIN. Tom. V. Col. 749.

Digitized by Google

(*e*) 11. Cenſuræ Romanæ (*f*) eaque omnia, quæ uſque ad noſtra tempora per curiam Romanam expedita ſunt. (*g*)

(*a*) Conf. Tab. VII. & VIII.

(*b*) Regulæ Cancellariæ in ſua origine, quæ a Joanne XXII. repeti debet, nil erant aliud quam normæ officialibus Romanis datæ, ut per eas in literis expediendis inſtruerentur. Subinde autem per has ipſas regulas una cum modo expediendi ejuſmodi, quæ prius Romæ non expediebantur, illæ conferendorum beneficiorum reſervationes perpetuo ſtabilitæ ſunt, nec non indies amplificatæ. Ex earundem igitur regularum natura & ſcopo, nec non illis noſtris certiſſimis principiis, quibus edocti ſumus, ad quem proprie beneficiorum collatio ſpectet, prona hæc eſt concluſio: *Regularum cancellariæ extra curiam Romanam in complexu nullam eſſe auctoritatem, & ſi quæ objicitur, & ejusdem receptionem prius legitime probari debere.*

(*c*) Uſque ad ſeculum circiter XII. tantummodo *Eccleſiæ Romanæ* non vero *Romanæ Curiæ* nomen fidelibus notum fuiſſe ex GERCHI *Præpoſiti Rechersbergenſis* ſancto Bernardo Coævi expoſitione in Pſalmum 64. ſive Libro de corrupto Eccleſiæ ſtatu ad Eugenium III. (qui liber tom. 5. Miſcel. Stephani Baluzii pag. 63. extat) obſervat cl. Van-Eſpen P. I. T. XXI. c. 3. §. 13. Conſtituunt autem Curiam Romanam ſenatus varii, in queis cauſæ ad ſedem Pontificiam delatæ expediuntur, & inter quos eminent

1. *Conſiſtorium Cardinalium* Præſide Pontifice & quidem aut *ordinarium* ſeu *ſecretum*, ad quod ſoli Cardinales ſuper proviſionibus Eccleſiarum aliiſque negotiis conſiſtorialibus conveniunt, aut *extraordinarium* ſeu *publicum*, cui & alii Prælati imo & Miniſtri & oratores Principum & Magiſtratus interſunt, veluti ſi quis albo ſanctorum ſolenni ritu adſcribitur.

2. *Congregatio S. Officii ſive inquiſitionis*, circa quam breviter notabis 1. per 12. ſecula non ullum præter Epiſcopale notum fuiſſe inquiſitionis Tribunal. 2. ab Innocentio III. Sec. 13. primum aliquos Monachos fidei inquiſitores eſſe conſtitutos; quibus ſubinde 3. cum Epiſcopo Oxomenſi jungebatur S. Dominicus 4. Gregorium IX. inſuper habito Concilii Toloſani decreto totum inquiſitionis Officium ab Epiſcopis in ordinem S. Dominici tranſtuliſſe, ſed dum is nimio ſuo rigore populum contra ſe excitaret, 5. Fratrum Minorum adjunctione poſitum eſſe temperamentum. 6. Innocentium IV. commiſiſſe officium inquiſitionis Dominicanis & Minoritis una cum ordinariis locorum, confirmatis illis, quas Fredericus Imp. in favorem inquiſitionis evulgavit, legibus. 7. plures poſthac inquiſitiones per Italiam (non tamen in urbe Romana) eſſe erectas, 8. a Paulo III. demum congregationem inquiſitionis a. 1542. eſſe inſtitutam, confirmatam dein & auctam a Pio IV. Pio V. & Sixto V. 9. præter Cardinales ad hanc congregationem pertinere officiales, quos inter primus *Commiſſarius ſancti Officii* de ordine S. Dominici, alter *Adjeſſor* S. Officii, *Conſultores*, qui ſunt Theologi & Canonum periti, *Fiſcalis*, *Notarius*; quomodo hic negotia tractentur & expediantur, vide fuſius apud Van-Eſpen. l. c. Tit. XXII. c. 3.

3. *Congregatio Indicis*, quæ eſt vicaria prioris & a Sixto V. conſtituta, circa quam paucis hæc habeto 1. Indicem librorum prohibitorum ante decimum ſextum ſeculum non extitiſſe. 2. an. 1546. auctoritate Caroli V. publicatum eſſe illum, quem ejuſdem mandato facultas Theologica Lovanienſis confecit. 3. e Pontificibus primum fuiſſe Paulum IV. qui a. 1559. evulgavit ejuſmodi Judicem, ipſius juſſu per eos, qui inquiſitioni Rome præerant, abſolutum, ſed quia in eodem varia reprehendebantur, 4. a. Concilio Tridentino Patribus quibusdam pleniorem confectionem cum relatione ad ſynodum eſſe injunctam, ipſum tamen deſuper judicium ab eadem ſynodo ad Pontificem fuiſſe remiſſum. 5. Itaque a Pio IV. hunc novum Indicem una cum regulis ad eum plenius intelligendum facientibus confirmationem accepiſſe 1564. 6. contineri in eo tres claſſes in unaquaque Albabethi litera: *primam* librorum, qui aut Hæretici aut nota hæreſeos ſuſpecti: *ſecundam* ejuſmodi, qui doctrinam non ſanam ſed ſuſpectam aut fidelium mores offendentem complectuntur. *Tertiam* anonymorum catholicæ fidei & morum integritati adverſorum. 7. Cur Romana librorum prohibitio plerumque in aliis territoriis abſque placeto Principum non attendatur, cauſam eſſe duplicem; alteram videlicet, quia illa prohibitio ſubinde etiam libros tantum *ultramontanis* principiis adverſos comprehendit, altera quæ nititur monito, quod Chriſtophorus Patavinus contra confectionem novi indicis in Concilio Tridentino dabat; ſcilicet: *quoſdam etiam ex libris eſſe, qui inter bona plurima mali aliquid continerent, & hos emendandos quidem eſſe, non omnino reſellendos; cum ea ſit terrenarum rerum conditio, ut is, qui mallet omne bonum, quod purum non eſt, eliminare, & non potius illi defæcando ſtudere, genus humanum omni bono privaret.* 8. ad congregationem Indicis præter Cardinales ſpectare *Secretarium* ex ord. S. Dominici, *Conſultorem* perpetuum Magiſtrum S. Palatii itidem ex ord. S. Domin. *alioſque Conſultores* quam plurimos. Conf. cl. Van-Eſpen l. c. C. 4. & ſeq.

4. *Congregatio ſuper negotiis Epiſcoporum & Regularium* inſtituta a Sixto V. & *Cardinalitia* dicta, quia non niſi ex Cardinalibus conſtat.

5. *Congregatio rituum* a Sixto V. inſtituta eſt vel *ordinaria* cujus objectum ſunt ritus ordinario in Dei cultu adhibendi, vel *extraordinaria*, quando de graviori negotio v. g. Canonizatione ſanctorum agitur. Ad ordinariam præter Cardinales veniunt, *Primus & ſecundus Magiſter Papæ*, unus *Protonotarius Apoſtolicus Congregationis*. Ad extraordinariam allii *Prælati & Conſultores Theologi*.

6. *Congregatio immunitatis Eccleſiaſticæ & controverſiarum juriſdictionum* ab Urbano VIII. erecta cujus officialium quatuor ſunt ſtabiles; videlicet, *Secretarius*, *unus ex auditoribus Rotæ Romanæ*, unus ex Prælatis clericis *Cameræ & Advocatus Fiſcalis*. vid. Bull. quæ incipit; *Romanus Pontifex* n. 270. in Bull. M. T. V.

7. *Congregatio de propaganda fide*, ad quam cauſæ ſacrarum miſſionum pertinent. Præeſt *Cardinalis præfectus*, numerus reliquorum non eſt definitus.

8. *Congregatio Cardinalium Concil. Tridentini Interpretum* a Pio IV. eum in finem erecta, ut ſi quæ circa dicti concilii ſanctiones orirentur dubia, facta deſuper relatione & ſecuta dein Pontificis interpretatione ejusdem executioni operam impenderent, ſed magis Pius V. magiſque Sixtus V. hujus congregationis auctoritatem quoad interpretandi poteſtatem in materia diſciplinam concernente extendit. Congregationis hujus Perſonæ excepto *Secretario* omnes ſunt Cardinales, iisque præeſt *Cardinalis præfectus*, cujus ſubſcriptione omnes declarationes munitas eſſe oportet. Verum etiam hæc non obſtante in plurimis extra Italiam Provinciis hæ declarationes non audiuntur. Præterquam enim quod Concilium Tridentinum ipſum non aliter quam per viros aliunde advocatos, qui ſingularum provinciarum mores noſcerent, in materia diſciplinari interpretationem fieri juſſerat, dictæ declarationes non tantum ſubinde moribus aliarum gentium a praxi Romana remotiſſimis, ſed ſæpe etiam ſenſui Decretorum Concilii adverſantur. Quapropter jam Concilii Tridentini non ſecus, ac aliorum Conciliorum Decreta in caſuum reſolutione paſſim interpretantur Doctores. Conf. Cl. Van-Eſpen l. c. c. 7.

9. *Cancellaria Romana*, quæ auctore Innocentio III. conſtat perſonis ad conficiendas, ſcribendas, & expediendas litteras Apoſtolicas deſtinatis. Cardinalis, qui præeſt, non Cancellarius ſed Vice-Cancellarius adpellari conſuevit. Qui ſub eo ſunt officiales in duo collegia abeunt, quorum unum de majori *Parco*, alterum de minori dicitur a loco Cancellariæ, qui vulgo *Parcus* audit. Illud quaſi Tribunal conſtituit, in quo *collegialiter* convenientes decidunt dubia ſuper litterarum formula vel clauſulis vel Decretis adjiciendis vel emolumentorum ſolutionibus &c. Prælati autem de minori Parco ut *Petrus Gaſtelius* ait *in ſua praxi Curiæ Romanæ* pag. 24. edit. 1693. proprie ſunt officiales otioſi in id unum intendentes, ut Bullæ ſerantur & tradantur Prælatis de majori Parco. Hæc pluraque alia vide apud Van-Eſpen P. I. T. XXIII. c. 1. De Regulis Cancellariæ ſub finem hujus Sectionis opportunior erit dicendi locus.

10. *Dataria*, cujus origo incerta, & ad quam pertinent collationes beneficiorum reſervatorum & affectorum, reſervationes penſionum, diſpenſationes matrimoniorum, irregularitatum, natalium, ætatis, Placita Papæ ſuper alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, Eccleſiarum uniones, diviſiones, ſuppreſſiones, diſpenſationes de votis & juramentis, confirmationes ſententiarum, aliaque in quibus Pontifex gratiam concedit. Vocatur *Dataria*, quod Præſes ejusdem manu propria *datum* ſeu tempus, quo gratia conceditur, addat. Præcipui hic officiales ſunt *Datarius* aut ſi Cardinalis eſt *Prodatarius* dictus, qui cenſentur *Organum Papæ*, quia quotidie cum Papa agentes judicantur ejus intentionem ſcire. *Præfectus Vacantiæ* per obitum. *Reviſores duo* ſupplicarum Officialis *parvæ datæ*, ideo ſic dictus, quia paucis verbis inſcribit datum, quod poſtea per datarium extenditur; officialis qui dicitur *miſſis*, eo quod mittat ſignaturas ad Regiſtra &c. Quomodo ſupplicæ concipi debeant, & deinde expediantur vide apud Cl. Van-Eſpen l. c. C. II.

11. *Pœnitentiaria* a temporibus Pii V. eſt vel *conſcientiæ*, ad quam pertinent abſolutiones a peccatis Pontifici reſervatis, vel *juſtitiæ*, ad quam ſpectant diſpenſationes ſuper *occultis* irregularitatibus ex cauſa homicidii, vel illegitimorum natalium aut alterius defectus; revalidationes matrimoniorum contractorum cum impedimento dirimente ſed plane *occulto*; revalidationes Simoniacarum proviſionum, modo Simonia ſit *occulta*. Abſolutiones a cenſuris præſertim ab excommunicatione ob percuſſionem Clerici, & in hoc caſu ibidem conceditur abſolutio, tametſi negotium ſit *publicum*, atque excommunicatio judicialiter declarata. Licentiæ ab una religione ad aliam & ab hac iterum ad ſuum gremium redeundi. Cauſa diſcuſſa expeditur reſcriptum ſub nomine *Pœnitentiarii majoris*, ac in forma commiſſionis dirigitur ad tertium, ut is ſuper irregularitate vel impedimento diſpenſet, & a crimine abſolvat. Præter pœnitentiarium majorem ſunt reſpectu conſcientiæ *pœnitentiarii minores*, qui ad excipiendas confeſſiones ex diverſis religionibus

Digitized by Google

bus adſumuntur, reſpectu Tribunalis *Regens* pœnitentiariæ, qui majoris pœnitentiarii vices gerit, *Datarius*, *Procuratores* tres ſeu Secretarii, *Conſultores* duo, alter Theologiæ Magiſter, alter Decretorum Doctor, *Corrector* ſeu *Reviſor*, *Sigillator* & *Scriptores*. Vide Van-Eſpen l. c. C. III.

12. *Signatura juſtitiæ*, ubi diſcutitur, an adpellatio in hac illave cauſa obtinere queat, exceptis cauſis, quæ in ſuis tribunalibus etiam circa hoc objectum tractantur, & ideo *ſignaturam in ventre habere* dicuntur, veluti cauſæ, quæ ad congregationes Concil. Epiſc. Regul. Rit. referendæ ſunt. Patet vero nec ad ſignaturam juſtitiæ referri poſſe cauſam, de qua certum eſt, eam vel eſſe vel non eſſe adpellabilem, porro non hic de ipſis meritis cauſæ adpellabilis cognoſci. Conſtat hoc Tribunal *Officiali Præfecto*, duodecim *Prælatis* votantibus & aliis, qui *ponentes* dicuntur. Conf. Cl. de Riegger J. J. E. P. II. §. 113.

13. *Signatura gratiæ*, quæ recipit cauſas rigori Juris non ſubjiciendas ſed decidendas de plano, atque adeo non jam deciſas, aut inde a Decennio ſopitas, aut quibus obſtat ratio ſtatus. Conf. Cl. de Riegger l. c. §. 114.

14. *Secretaria*, circa quam hæc habeto. 1. *Secretarium Brevium* dici illum, per cujus Organum expediuntur litteræ Apoſtolicæ in forma *brevis* id eſt, *ſcriptura modica in parvis negotiis ſuper papyro frequenter ſcribi ſolita*, *rubro cero annuloque piſcatoris ſigillata, ac ſigno ſecretarii ſubſcripta* (dum Bullæ Pontificiæ ſunt litteræ Pontificum plumbeo ſigillo notatæ, eorundem Decreta continentes & expeditæ membranis plus nigris, antiquo ſtylo characteris Gallici) Conf. Van-Eſpen l. c. C. 5. 2do autem Secretarium Romæ præcipuum eſſe *Secretarium ſtatus*, qui occupatur in iis, quæ concernunt politicam, & maxime dum graviora negotia cum Regibus & Principibus aut cum legatis & Nunciis Apoſtolicis pertractanda, nec non ſi ordinariis locorum vel gubernatoribus aliiſque officialibus & Magiſtratibus ſtatus Eccleſiaſtici mandata Pontificis explicanda ſunt.

15. *Rota Romana*, ſeu *ſummi Pontificis in cauſis litigioſis Tribunal & Judicium*; poſt erectas tot congregationes alias, quas recenſebamus, non amplius tantam habet, ac olim, negotiorum copiam. Adpellatio hujus tribunalis, uti etiam origo, ambigua eſt. Sixtus V. numerum Auditorum rotæ quondam arbitrarium figebat in perſonis duodecim, quorum unus eſt *Germanus* ab Imperatore nominandus; unus *Gallus* a Rege Galliæ; *Hiſpani* duo a Rege Catholico deſignandi; *Romani* tres; unus *Venetus* e quatuor Juris Doctoribus a Republica nominatis; & unus *Mediolanus* e tribus præſentibus Juris doctoribus per Pontificem ſelectus; unus *Bononienſis*; unus *Florentinus*; unus *Ferrarienſis*. Abeunt in tres claſſes, in quavis ſunt Auditores quatuor, & unus *Ponens*, reliqui *correſpondentes* dicuntur. *Procuratores* Rotæ elaborant factum. *Advocati* ſuggerunt momenta cauſæ, & Auditores informant, atque hi informati ſubinde votum ſuum Ponenti communicant. Pars gravata ab una Auditorum claſſe ad alteram, & ab hac ad tertiam adpellare poteſt. Ut cauſa ad hoc tribunal referri queat, oportet, ſi *civilis* eſt, eam excedere ſummam quingentorum aureorum, ſi *beneficialis*, ſummam aureorum viginti quatuor. De auctoritate deciſionum Rotæ Romanæ infra ſuo loco diſſeremus. Conf. cl. de Riegger l. c. §. 125. Atque ita præcipuarum Romæ perſonarum ad Eccleſiaſtica negotia pertinentium ſaltem aliquam notitiam habes.

(*d*) Sunt *ſententiæ hujus tribunalis*, cujus ipſius nunc ante in n. e. meminimus, *ſecundum ſtylum curiæ Romanæ & cancellariæ regulas latæ*. Quidquod ex ipſis; ſi iis pluribus caſus ſimiles definiti ſint, Stylus curiæ conſurgat. Sed vel ideo Stylus *curiæ*, quin extra *eandem* jus faciant, abſque receptione manebunt. Imo cum per ejuſmodi Stylum & deciſiones ingentem juribus noſtris labem illatam eſſe, non ignorent eruditi, ſollicite ac prudenter monent, ne facile, præſertim, dum res cum ipſa curia Romana agitur, hoc Stylo hiſque deciſionibus innitamur.

(*e*) *Bullarium* magnum eſt magna illa Bullarum Pontificiarum collectio, quam a Laertio Cherubino a. 1588. inchoatam & ab ejuſdem filio *Angelo Maria* aliiſque viris eruditis continuatam & auctam accepimus. Exhibet conſtitutiones Pontificum a Leone I. uſque ad noſtra tempora; ſed & exſtant Clementis XI. & Benedicti XIV. Bullaria, quæ horum tantummodo Pontificum Bullas complectuntur. Univerſe nulla Bulla propterea, quia in Bullarium relata eſt, auctoritatem habet legalem, ſed tantummodo inde, quod de eius legitima promulgatione ac receptione ſatis ac ſpeciatim conſtat, eandem conſequitur. Præcipua igitur utilitas Bullarii in eo ſolum ſeſe exerit, quod de exiſtentia & veritate ejuſmodi Bullæ, quæ ibidem deprehenditur, niſi luculenter oſtendatur contrarium, dubitari nequeat. Ceterum veluti id fortaſſe nonnunquam poterit oſtendi, ita quoque Bullarium non adeo, ut non una alterave Bulla, quæ quidem relatu fuiſſet digna, omiſſa fuerit, perfectum defendere auſim.

(*f*) Variæ ſunt Romanæ cenſuræ genera. Enimvero notantur propoſitiones,

1. Ut *hæreticæ*; quæ directo & immediate verbo Dei ſeu ſcripto ſeu tradito repugnant.

2. Ut *hæreſi proximæ*, quæ concluſioni ex verbo Dei per legitimam ratiocinationem deductæ opponuntur.

3. Ut *hæreſim ſapientes*, quæ hæreſi patrocinari videntur.

4. Ut *ſchiſmaticæ*, quæ unionem fidelium cum ſuo capite diſſolvunt.

5. Ut *erroneæ*, quæ a veritatibus non divinis alienæ ſunt.

6. Ut *male ſonantes*, quæ ob terminorum ſuorum æquivocationem intellectum perverſum facile admittunt.

7. Ut *piarum aurium offenſivæ*, quæ in cauſis religionis quidquam grave auditu præſeferunt.

8. Ut *impiæ* quæ a pietate & conciliis evangelicis animos abſtrahunt.

9. Ut *blaſphemæ*, quæ Deum aut cælites contumelioſe adgrediuntur.

10. Ut *ſcandaloſæ*, quæ ſceleribus parant viam.

11. Ut *temerariæ*, quæ nullo ſatis ſolido theologiæ fundamento nituntur.

12. Ut *periculoſæ*, quas vir circumſpectus & prudens publice profiteri non auderet.

Ceterum de Romanis librorum Cenſuris jam ſupra not. c. n. 3. ejuſmodi dedi monita; ad quæ omnino reflectere oportet. Conf. cl. de Riegger. l. c. 133. uſque 136.

(*g*) Curia Romana una cum canonum collectionibus tum maxime occupari cæpit, quando invaleſcens adpellationum & recurſuum frequentia, relaxatio canonum in exemtionibus privilegiis & indultis ſeſe exerens, facta ad ſedem Romanam cauſarum arduarum & tot diſpenſationum translatio & generatim conciliorum provincialium ac Epiſcopalis poteſtatis reſtrictio tantum Pontificiorum Decretorum multitudinem procurarunt, ut quod *Eunapius* de jure civilis in vita Aedes p. 92. ait, ſcilicet hoc eſſe *multorum camelorum onus*, idem plane de Jure Canonico queat enunciari.

CAPUT V.

De Authoritate Collectionum Juris Eccleſiaſtici.

§. 52. Quicumque autem perhibeantur Canones, quæcumque eorundem Collectiones etiam *Recepta* eſſe noſcantur, ſola ſui exiſtentia, ſola, quæ in complexu contigit, receptione, tantam ſane nobis nondum auctoritatem faciunt, ut tam *generali* obtutu eorum, quæ continent (*a*) quam *ſpeciali* pro civilium legum concurſu adhibenda cautione (*b*) ſecuris nobis liceat ſuperſedere.

(*a*) Juvat hic materias, quæ in canonibus, eorumque collectionibus continentur, diſtinguere in

Spirituales quæ ſunt & *Temporales.* quæ ſunt.

Vel *dogmaticæ*, atque has, ſi vere tales ſunt, profecto ex receptione obligare, dicere non poſſumus, utpote cum promulgationem quidem deſiderent, nullatenus vero a fidelium dependeant receptione. Quemadmodum, ſi *vere tales* non ſunt, & dogmatibus potius repugnant, vel repugnare videntur, veluti C. 18. XXII. q. 7. C. 12. diſt. II. de conſecr. c. 24. diſt. IV. &c. omnis profecto *receptio* nec quidquam valeret.

Vel *diſciplinares*, quæ quidem pariter receptione haudquaquam eo in ſenſu indigent, quaſi eas Principes aut Epiſcopi rejicere, vel iiſdem vim legalem tribuere pro lubitu poſſent. Enimvero diximus alibi non aliud Principibus & Epiſcopis eſſe jus: quam *inſpiciendi*, num *lex Eccleſiaſtica vere talis* adſit, quæ ſcilicet neque rerum publicarum ſaluti & juribus Principum neque in particulari etiam Eccleſia animarum bono & auctoritati Epiſcoporum ab ipſo Deo immediate provenienti ex natura ſua præjudicare poteſt; atque ejuſmodi lex Eccleſiaſtica vere ſi adſit, tam Principes quam Epiſcopos ad ejuſdem promulgationem non impediendam omnino in conſcientia

Vel *publicæ*, atque iſtæ, ſi cum jure publico univerſali aut fundamentalibus Regnorum legibus conſpirent, etiam inde; non vero a canonibus ſuam obligandi vim habent; ſi vero univerſali particularive juri publico adverſentur, incaſſum ejuſmodi canones ultra ſuos limites adverſari novimus. Quidquod Canones, vel Bullæ divino illi juri publico univerſali adverſantes: ceu eſt *Bulla in cæna Domini*, nec quidem valide unquam *recipi* potuerint.

Vel *privatæ*, atque hæ pariter, quia propria Eccleſiæ poteſtas non ad temporales privatorum cauſas ſeſe extendit, etſi aliquæ *receptæ* ſint, tamen non ut canones, ſed ut leges noſtrorum Principum nos obligant; quemadmodum reſponſa prudentum etſi *recepta* & adoptata ſint, non tamen ut reſponſa prudentum, ſed ut conſtitutiones ipſius Juſtiniani vi legali pollere, quiſque Juris conſultorum, qui rite cogitat, riteque cogitata exprimit, concinne docebit. Unde quid aliud concludemus, quam Canones, qui quidem in temporali privatorum cauſa decidunt, veluti non unquam aliter ac leges Principum valebant, ita poſterioribus Principum legibus, & na-

ero tc-

eſſe obligatos, ut adeo ad ipſam ejuſdem promulgationem & obligandi vim nec quidem ut cauſa ſocia vel minimum concurrant, ac **tota** illa ſua *inſpectione* nil aliud, niſi id, quod lex Eccleſiaſtica non eſſe poſſe ex rationis & revelationis dictamine innoteſcit, queant removere. tionum locorumque ſtatutis, ſi quæ in contrarium hic & illic obtineant eſſe abrogatos, ſeu quod idem eſt, hos Canones tantum ſalvis Principum poſteriorum legibus atque particularibus locorum ſtatutis valere.

Viden, quam cauta cum limitatione ad corporis Juris Canonici & quarumcunque aliarum Collectionum aut Bullarum *receptionem* debeat provocari. Atque hac igitur eadem cum limitatione, & non aliter Jus canonicum in Germania & Auſtriacis terris receptum eſſe dices.

(*b*) Geminas, quæ in Canonum & legum colliſione ſecundum utriuſque poteſtatis diſtinctionem obſervari debent, has regulas accipe.

1. Si Canon colliditur cum lege & jus quidem utrumque ſit clarum; *in cauſa Eccleſiaſtica* CANON; *in civili* LEX vim ſuam pro utroque foro ita exerit, ut & profanus Judex in ſuo foro nil contra cauſam ſpiritualem attentando, canonem revereri, & ſuo quoque in foro Judex Eccleſiaſticus aut nullatenus ſe civilibus immiſcendo, aut ſi ex privilegio id ipſi competit, ſecundum voluntatem ſummorum Imperantium judicando legem venerari debeat. Quæ ſane regula rectis principiis eſt conformata magis ac illa: *ſi manifeſta eſt contrarietas inter legem canonicam & civilem, tunc quodlibet jus* IN SUO FORO eſt obſervandum. In utroque ſcilicet foro *valor canonis* in cauſa *ſpirituali* agnoſci, eademque cauſa judici eccleſiaſtico relinqui, in utroque foro *valor legis* in cauſa *temporali* attendi, eademque cauſa, etſi ex privilegio ea ad Eccleſiaſticum tribunal pertineat, ſecundum legis tenorem debet pertractari.

2. Si *jus Canonicum* in cauſa temporali *clarum*; *civilem* in eadem cauſa *obſcurum* eſt, tum etiam in hac cauſa civili Jus Canonicum clarum eatenus ſequi licebit, quatenus non poſteriores Imperantium leges aut locorum particularia ſtatuta obſtant. His enim non obſtantibus etiam in cauſa civili Jus Canonicum tanquam legem eorum, qui id recepere, Principum ſpectare debemus; ſcilicet juxta ea, quæ paulo ante præmiſſa ſunt.

3. Si *Jus civile Romanum* collidatur cum *Jure Canonico* in materia *civili*; denuo *niſi contrariæ extent poſteriores Principum leges vel conſuetudines*, Jus Canonicum prævalere arbitror. Atque hoc quidem ideo, quia quatenus Imperantes in civilibus recepere Jus Canonicum, eatenus hoc ipſo nobis civilem Jure Romano poſteriorem condidere.

Quas contrarias & abſurdas adverſarii ſtatuunt Regulas, eas referre nauſeo. Impingunt denique contra illam pridem nobis ſtabilitam utriuſque poteſtatis diſtinctionem, & ideo a quovis, qui vel elementa ſanæ Juriſprudentiæ eccleſiaſticæ didicit, abſque difficultate reſolvuntur. Vide eas, ſi placet, in P. Schmalzgrueber Jur. Eccleſ. Diſſ. præl. §. 11.

Digitized by Google

LIBER QUARTUS
DE JURISPRUDENTIA ECCLESIASTICA.

CAPUT PRIMUM.

De Indole, Partibus ac diviſione Juriſprudentiæ Eccleſiaſticæ.

§. 53. Habitus Leges ad Eccleſiam pertinentes ex principiis certis Nexu legitimo deducendi, eaſque ad Caſus obvenientes adplicandi, Juriſprudentiam Eccleſiaſticam (*a*) conſtituit.

(*a*) *Jus* jam pro ipſis legibus aut complexu, jam pro facultate morali legibus conformiter agendi, jam pro ſcientia legum ſumi non ullum etiam primis duntaxat Jurium notionibus imbutum latet. Hinc cuivis tali, facile quoque erit perſpectum, quando Jus Eccleſiaſticum pro Eccleſiaſtica Juriſprudentia, quando alia ſignificatione accipi debeat.

(*b*) Si ſub canonibus intelligantur quæcumque leges ad Eccleſiam pertinentes, quarum ſcilicet nullæ ex completo Juris Eccleſiaſtici ambitu ſecludi poſſunt, Jus *Eccleſiaſticum*, ut etiam *canonicum* adpelletur non moramur. Sed & ab illa ſui parte, qua reſcripta & decreta Pontificum continentur, *Pontificium* vel a ſacro ſuo objecto & fine *ſacrum* poterit adpellari.

§. 54. Patet Principia legum Eccleſiaſticarum (§. 9. uſque 40.) etiam Juriſprudentiæ Eccleſiaſticæ principia eſſe; atque adeo ad comparandam ſibi ſolidam Juris Eccleſiaſtici prudentiam haudquaquam illud commune Corpus Juris Canonici ſufficere, ſed I. Jus naturæ, II. Sacram ſcripturam, III. Traditionem, IV. Statuta Conciliorum, V. Eccleſiæ conſenſum, VI. Conſenſum ſanctorum Patrum, VII. Decreta SS. Pontificum & Epiſcoporum, VIII. Latas a civili Imperio circa ſacra conſtitutiones adhiberi debere (*a*).

(*a*) Ipſum commune canonici Juris Corpus ex omnibus iiſdem fontibus, unde Juris eccleſiaſtici prudentiam reſtaurato hodie genuino docendi more repetimus, ejuſmodi præſtantiſſima exhibet loca, quæ ſi modo a medii ævi Canoniſtis in oculos animumque fuiſſent admiſſa, eos etiam de ipſis his fontibus ſollicite inſpiciendis & quandoquidem contraria ſimul vera eſſe nequeunt, de illis qui intruſi ſunt, oppoſitæ doctrinæ Canonibus probe examinandis monere, atque adeo nuda ad corpus juris provocatione minime contentos reddere potuiſſent. Sed ea tunc denique erant tempora, queis ſub nomine *utriuſque juris* nil niſi quorundam in civilis & Canonici corporis jure deciſorum cauſuum notitia veniebat.

§. 55. Patet II. Pro diverſitate legum Eccleſiaſticarum, quarum ſcilicet aliæ *naturales* aliæ *poſitivæ*, aliæ *divinæ* aliæ *humanæ*, aliæ *ſcriptæ* aliæ *non ſcriptæ*, aliæ *publicæ* aliæ *privatæ*; demum aliæ *veteres* aliæ *novæ* aliæ *noviſſimæ* exiſtunt, Eccleſiaſticam quoque Juriſprudentiam tot diverſas ſortiri partes atque diviſiones.

§. 56. Et quidem ne perverſum & præpoſterum fiat Juriſprudentiæ Eccleſiaſticæ ſtudium, præcipue illa Eccleſiaſtici in publicum & privatum diviſio eſt adtendenda.

§. 57. *Jus publicum Eccleſiaſticum* complectitur nempe leges, quæ ipſum ſtatum Eccleſiæ & nexum inter membra Eccleſiæ ejuſque Rectores concernunt, (*a*) atque denuo in *univerſale*, quod ad omnes Eccleſias generatim & *particulare*, quod ad hanc illamve Eccleſiam pertinet, diſpeſci debet (*b*).

(*a*) Eo

Digitized by Google

(*a*) Eo ex capite, quod non omnes Juris Eccleſiaſtici Auditores Miniſtri aut Conſiliarii publicorum negotiorum fiunt, haudquaquam concludi poteſt Jus publicum Eccleſiaſticum non adeo neceſſarium aut ſaltem non adeo colendum eſſe. Enimvero: non omnes auditores Juris, Miniſtri aut Conſiliarii publici fiunt, & tamen Jus publicum univerſale & gentium quivis agnoſcit neceſſarium ac præcipue addiſcendum eſſe; cum videlicet ibi civilium legum & obligationum fundamenta ſine quibus nec recta ſcientia nec ſecura legum executio ſperari poteſt, penitius aperiantur. Atque jam non ullus Imperantium civilium eſt, qui doctrinæ Juris publici, etſi ibidem generales Principum ipſorum obligationes explanentur, palam tradendæ eſſet contrarius. Itaque etiam II. in Jure publico Eccleſiaſtico fundamenta omnium legum Eccleſiaſticarum, quas non tantum Miniſtri & Conſiliarii ſtatus noſſe debent, comprehenduntur. Præ aliis omnibus autem ut fundamenta ſolide pertractentur quis reprobabit? Et num igitur doctrinam de natura, forma & poteſtate Eccleſiæ a Chriſto conſtitutæ, unde omnis legum Eccleſiaſticarum vis & intelligentia dependet, non intenſiore ſtudio humanis legibus præmittere licebit. III. Etiam advertendum eſt, ipſos Miniſtros publicos, ipſos Eccleſiæ Rectores in negotiorum publicorum multitudine & gravitate conſiliis & opera privatorum hominum uti debere; quomodo igitur Eccleſiæ, quomodo Reipublicæ erit proſpectum, ſi tantum Miniſtri & Conſiliarii Jure publico Eccleſiaſtico ſolide ſint imbuti? IV. cum Miniſtri publici, Conſiliarii & Eccleſiæ Rectores non naſcantur ſed fiant, quomodo ut tales fiant, ſine docentibus poterit obtineri? Quemadmodum ſane ex ſcholis medii ævi prodiere tales, qui ad negotia publica dein adhibiti, ſi non præcipuo quodam ſpiritu ad hauſtas ſpurias nationes proprio multoque labore emendandas prius ſunt perducti, exiguo & Religioni & Reipublicæ emolumento fuere, ita & ſcholis reſtituta puriore ſcientia vigentibus jam prodibunt tales, qui inter Sacerdotes & Imperium Concordiam cum genuino utriusque commodo & ſplendore usque magis ſint roboraturi. Et num quæſo V. Juris Auditores jam in certo cogniti ſunt, qui aliquando in ſacris profaniſque dignitatibus fulgebunt, & num iidem tunc demum, ubi ad ejuſmodi dignitates accipientur, ubi jam executioni principiorum rite hauſtorum ſtudere debebunt, ipſis primum principiis ſtudere incipient? Profecto hauſtis ſolidis principiis VI. illa, quæ mere curialia ſunt & pro varietate curiarum in multis variant, facili dein negotio addiſcentur, cum VII. quæ ad doctrinam decretalium auditoris Juris neceſſariam pertinent, in inſtitutionibus Rieggerianis fuſe pertractentur, nec eædem inſtitutiones hac in parte nimium anguſtæ adhuc ulli viſæ ſunt, ſed & VIII. naturam, formam & poteſtatem ſuæ Eccleſiæ Chriſtus omnibus notam eſſe voluit; omnes autem ut curialiſtæ fiant, nec divina nec humana adeſt vocatio. IX. Eo ipſo tempore, quo plus laboris curialibus, quam ſimplici Legum Eccleſiaſticarum ſtudio impendebatur, hoc idem ſtudium etiam magis in ſcientiam forenſium tricarum & formularum litigandi abire cœpit, multaſque in juriſdictione & diſciplina Eccleſiaſtica mutationes nec Rebuſpublicis nec Religioni proficuas induxit. Quæ nequaquam a me temere prolata, ſed pridem a viris pietate eruditione & Eccleſiaſtica dignitate conſpicuis dicta ſunt. Conf. Van-Eſpen P. III. Tit. VII. c. 1. Fleury P. III. Inſtit. Jur. Can. c. 4. & ejuſdem diſſ. de juriſdictione in meæ collectionis ſelectarum lucubrationum diſtributione 9na.

(*b*) Illum nexum, qui intercedit inter civilem Imperantem *qua talem*, & Eccleſiam, quatenus hæc civilibus fruitur commodis, & ne ab ejuſdem conſortibus ſub prætextu Religionis reipublicæ noceatur, attendi debet, nulla ratione nexum Eccleſiaſticum, ſed tantummodo civilem nuncupare poteris; quo tamen non obſtante, illa, quæ habitum Eccleſiæ ad Rempublicam determinant, nomine Juris Eccleſiaſtici publici externi optimo arbitrio diſtinguuntur ab iis, quæ ad ſtatum Eccleſiæ in ſe ſpectatæ pertinent, atque pariter bene jus Eccleſiaſticum publicum internum dici queunt; conf. Cl. & Reverendiſs. Rautenſtrauch in laud. proleg. §. 16. & meus ordo Princ. Jur. Eccleſ. P. II. in Proleg. §. 144.

§. 58. *Jus* vero *privatum Eccleſiaſticum* privatas ſingulorum fidelium actiones reſpicit; & prout vel communiter omnes fideles vel tantum peculiariter hujus illiuſve particularis Eccleſiæ adtinet conſortes, ita non minus in *commune* & *ſpeciale* abit.

§. 59. Doctrinam de recta legum *interpretatione* quiſque ad Juris Eccleſiaſtici ſtudium accedens ex præmittendo ſtudio Juris naturalis (*a*) hauſiſſe debet, atque adeo ad faciendam legum Eccleſiaſticarum interpretationem jam facile vel me tacente adplicabit (*b*).

(*a*) Ibi ſcilicet jam quivis edocetur, quid interpretatio generatim, quid authentica quid doctrinalis, quid uſualis, quando declarativæ, quando extenſivæ, quando reſtrictivæ locus? unde rationes legum, ſi eæ non *legales* ſeu ipſis legibus expreſſæ, aut prorſus *arcanæ* ſint,

& qui-

& quidem rationes legum tam intrinſecæ ſeu philoſophicæ, quam extrinſecæ ſeu hiſtoricæ eruendæ? quomodo vulgaris a philoſophica legum cognitione differat, & quis *Spiritum legis tenere* dici queat? Conf. Cl. de Martini Poſit. de lege nat. cap. 22.

(*b*) Conf. VVolf. in horis ſubſeciv. in trim Vern. & Autum. de rationibus legalibus earumque abuſu. Monteſquieu de l'Eſprit des loix. Heumanni *Spiritus legum Germanicarum*.

CAPUT II.

De Notitia litteraria Juriſprudentiæ Eccleſiaſticæ.

§.60. Plenam cognitionem Eccleſiaſticæ Juriſprudentiæ incaſſum omnis ille jactaverit, qui ejuſdem *notitia Litteraria* ſeu notitia 1. Eccleſiaſtico Jure Conſultorum 2. fautorum hujus ſtudii 3. quæ in eodem ab illis edita ſunt, ſcriptorum non eſt imbutus (*a*).

(*a*) Conf. Halliſche Beytræge zu der juriſtiſchen gelehrten Hiſtorie 1754. 1762., auctore Dan. Nettelbladt, Auguſt. Rud. Jeſ. Aunemanni primæ lineæ hiſtoriæ litterariæ Hanov. 1750. Jo. Frid. Eiſenharti Inſtit. hiſtoriæ Juris litterariæ. Edit. II. auct. & emendat. Helmſt. 1763. Rud. Chr. Henne Præf. de acquirenda notitia Juriſprudentiæ litterariæ; præmiſſa ejus editioni Liſt. Jur. Thomaſii Erf 1750. Car. Ferd. Hommelii Progr. ſub Tit. Schola Juris litteraria Lipſ. 1758. Ejuſdem litteratura Juris 1761. Dan. Nettelbladt initia hiſtoriæ litterariæ Jurid. univerſalis, Halæ 1774. &c.

§.61. Cum non omnes, Jurium periti (*a*) ſed tantummodo ii, qui immediate & maxime eruditis ſcriptis de jure bene meriti ſunt, intra limites notitiæ litterariæ hujus ſtudii venire queant (*b*) etiam *primævos Canoniſtas* non alios compellare poſſumus, quam illos qui Sæculo VI. ſaltem in ſuis collectionibus jam aliquid artis & ſingularem materiarum diſtributionem adhibere cœperunt (*c*)

(*a*) Vide de Juriſprudentia D. Pauli Diſſertationes citatas apud Nettelbladt init. Hiſt. lit. Jurid. §. 32. porro Jo. Mich. Heineccii Diſſert. hiſtoricam de Jureconſultis Chriſtianis priorum ſæculorum, eorumque in Eccleſiam merita. Halæ 1715. & Jo. Ernſt. Florke, *Scriptorum Eccleſiaſticorum, qui Juriſtæ fuerunt, Hiſtorica Documenta, Jenæ* 1726.

(*b*) Nettelbladt l. c.

(*c*) Veluti Joannes Scholaſticus, Dionyſius exiguus, Martinus & Fulgentius Ferandus &c. Conf. Tab. III. & IV. & Nettelbladt l. c.

§.62. Et poſt iſtos quidem dein illi omnes, qui Sæculo VII. VIII. IX. X. & XI. floruere (*a*) Canoniſtarum antiquorum claſſem conficiunt (*b*).

(*a*) Conf. Tab. III. & IV.

(*b*) Nettelbladt l. c. §. 122.

§.63. Medium Canoniſtarum ævum initia ſua a Sæculo XII. (*a*) ſuoſque progreſſus uſque ad Sæculum XVI. habuit (*b*).

(*a*) Tum ſcilicet adparuerunt decretiſtæ a primævis Canoniſtis multum diverſi & magis de Pontificiorum, quam aliorum canonum ſtudio ſolliciti Nettelbladt l. c. §. 126.

(*b*) Vide *Chronologicum Breviarium Juriſperitorum Sæculi* XII, XIII, XIV & XV, *in* Hall. Beitr. *ad Hiſtoriam Litterariam Juriſtarum* Vol. III. P. XII. p. I.

§.64. Et quidem a modo canones excolendi, quo inter ſe differebant illius temporis Jureconſulti, *gloſſatores* (*a*) alii, (*b*) alii, non tales fuere (*c*).

(*a*) *Gloſſæ* ſunt breves verborum in legibus obviorum explicationes, atque adeo patet, quinam gloſſatores in ſenſu ſtricto dicendi ſint.

(*b*) In

(*b*) In latiore ſignificatu omnes ii Jureconſulti ſolent dici Gloſſatores, qui a Sæculo XII. uſque ad ſæculi XIV. primam partem vixere. Hinc Gloſſatorum Dux conſtituitur Gratianus & dein qua tales cumprimis laudantur Reynerus Bellapecora; Bernhardus Circa; Raymundus de Pennaforti; Hugo Vercellenſis, poſtea ferrarienſis Epiſcopus; Tancredus a Corneto Academiæ Bononienſis Cancellarius, qui floruit circa a. 1217. Joannes Semeca *Teutonicus* ſive *Germanicus* dictus Præpoſitus Halberſtadienſis a. 1269. mortuus, Bartholomæus Brixienſis circa a. 1256.; Henricus de Seguſia, factus Card. hoſtienſis, circa a. 1256. Guilielm. Durandus vulgo *ſpeculator* circa a. 1263. diſcipulus Henrici de Seguſia, Nettelbladt l.c. §. 134. & 135.

(*c*) Inter hos præcipue referuntur ex ſæc. XIV. Joannes Andreæ Profeſſor Patavii, Piſis & Bononiæ, Henricus Boich Prof. Pariſiis. Joannes Calderinus Bononienſis, Albericus de Roſate Pergamenus. Ex ſæc. XV. Petrus Ancharanus, Franciſcus de Zabarellis ſeu Zabarella Prof. Patavii & Florentiæ; Nicolaus de Tudeſchis Prof. Senis, Parmæ & Bononiæ dein factus Archiepiſcopus Panormitanus, ob quod etiam vulgo *Panormitanus* dicitur; Joannes a Turrecremata Prof. Rom.; Andreas Barbatia Prof. Ferrar. & Bonon. Joannes Antonius a S. Georgio Prof. Ticini, dein præpoſitus ædis Ambroſii apud Mediolanum & inde *Præpoſitus* dictus. Nettelbladt l. c. §. 142.

§. 65. Qui ſubinde a ſæculo XVI. aut floruerunt (*a*) aut adhuc florent (*b*) recentiorum canoniſtarum claſſem (*c*) conſtituunt (*d*).

(*a*) Vid. *generatim* Math. Weſenbecii exempla Juriſprudentiæ Lipſ. 1585. Claudii Sinceri Vitæ & ſcripta magnorum JCtorum Tom. I. Witeb. 1713. recuſ. 1718. T. II. ibid. 1713. T. III. 1718. *Theatrum Hiſtoricum illuſtrium & præſtantium Polit. & Juris Peritorum* P. I. Franc. & Lipſ. 1710. P. II. Berol. 1715. Frid. Jac. Leickeri vitæ cl. JCtorum Jenæ 1722. *ſpeciatim* Melch. Adami Vitæ Germ. JCtorum & Politicorum, qui ſeculo XVI. & quod excurrit, floruerunt. *Chronol. Breviarium juriſperit. celebriorum Seculi* XVI. *in* Hall. Beitr. *ad Hiſt. Litter. juriſtarum*. Vol. I. P. 4. p. 702. 709. Hen. Witten Memoriæ JCtorum Seculi XVII. clariſſimorum renovatæ Franc. 1676. *Chronol. Breviar.* ut ſupra, *Seculi* XVII., *in* Hall. Beitr. *ad Hiſt. Lit. juriſt.* Vol. I. P. 4. p. 729. ſeq. & Vol. 22. P. 5. p. 1. ſeq. Porro *Chronol. Brev.* ut ſupra, *Seculi* XVIII., ad eamdem *Hiſt. Lit. jur.* Vol. II. P. IV. p. 269. ſeq. & P. VII. p. 397. ſeq. nec non P. VIII. p. 585. ſeq. Prima Continuatio hujus Tractatus Vol. III. P. X. p. 381. ſeq. Secunda Continuatio ejuſdem l.c. P. XII. §. 779. ſeq. Conſ. Nettelbladt. l.c. §. 155. uſque 165.

(*b*) Vid. Jo. Jacob. Moſers, Lexicon *Juriſperitorum nunc viventium in Germania, qui de jure publice docent, ſive qui ſcriptis ſe protulerunt*, Zullichau 1739. Gotl. Aug. Jenichen, *Æqua Documenta de vita & ſcriptis nunc viventium Germanorum juriſperitorum, cum Notis ad Lexicon Moſer, Lipſiæ* 1739. Chriſtophori Weydlich *Acta juriſt. nunc vivent. in Germania, ad inſtar Lexici Juriſperitorum, ordine alphabetico* I. T. *Murſuburgi* 1748. II. T. *ibid.* 1749. Ejuſdem *Explorata Documenta nunc viventium Juriſperit.* I. T. Halle 1757. II. T. 1758. III. T. 1759. IV. T. 1760. V. T. 1761. VI. T. 1765. *Breviarium Alphabet. nunc vivent. Juriſperit. in* Hal. Beitr. *ad Hiſt. Liter. Juriſtarum* Vol. III. P. X. p. 331. Ejuſdem Lexicon ſive *Compendium Vitæ omnium nunc vivent. juriſperitorum, ordine alphabet.* ibid. 1766. conſ. Cl. Nettelblat l. c. §. 165. uſque 171. Cl. Schotti ſuppl. Biblioth. Lippenii pag. 491. & ſeq.

(*c*) Qui Principiis Iſidori & Gregorii VII. potiſſimum in medio ævo tam intenſa & continuata opera excultis inhæſerunt, etſi in recentiora tempora inciderint, nomen canoniſtarum medii ævi retinent. Cæterum jam in medio ævo fuere Viri eruditi & cordati, qui hiſce principiis ſeſe oppoſuere.

(*d*) Quæ pro notitia JCtorum de eorundem corporis animi & ſtatus externi conditione adferunt conſ. apud Nettelbladt l. c. §. 172. uſque 191. Profecto Eccleſiaſtico Jure conſultum ſolida corporis, animi, ſtatuſque externi conditione munitum eſſe oportet. conſ. meus ord. Princ. Jur. Eccl. P. I. §. 67.

§. 66. Quemadmodum notitia Eccleſiaſticò jure conſultorum a primævis veteribuſque, dein ab aliis medii ævi & denique a recentioribus uſque ad noſtram ætatem colligenda eſt, ita etiam hiſtoria ipſius Juriſprudentiæ Eccleſiaſticæ ejuſdem fata (*a*) ſub primævis veteribuſque Jureconſultis, dein ſub illis medii ævi & denique ſub recentioribus uſque ad noſtram ætatem nobis ſiſtere debet (*b*).

(*a*) Fata ipſius ſtudii ad hiſtoriam Juriſprud. Eccleſiaſt. pertinent, non fata legum, quibus hiſtoria Juris, libro præc. delineata, occupatur.

(*b*) Nettelbladt l. c. §. 192. uſque 200.

Digitized by Google

§. 67. *Primævi* & veteres canoniſtæ Juris Eccleſiaſtici ſtudium non omnes eadem ratione inſtituerunt. Enimvero alii non tantum exponendo canones ſed eoſdem quoque cum legibus conferendo inſudarunt (*a*): alii autem reſpexerunt, ad ſolos canones, vel expanſis digeſtiſque ſcriptis (*b*) vel ſummis & breviationibus (*c*) vel ſelectis duntaxat, aut certi alicujus argumenti canonibus ſuam operam navantes (*d*).

(*a*) Ab hiſce ſic dicti *Nomocanones* ſunt profecti.

(*b*) Fuſiora ejuſmodi ſcripta *decretum* vel *Pannormia* ſeu *Pannomia* audiunt.

(*c*) Inde Epitomæ; ſynopſes, Breviationes ſeu breviaria Canonum.

(*d*) Nettelbladt l. c. §. 228.

§. 68. Sub Jureconſultis dein medii ævi, & quidem ſtatim ſeculo duodecimo Jus Eccleſiaſticum jam ad juris Cæſarei normam doceri in ſcholis, atque ſtudium academicum effici cœpit (*a*). Ad quod Eugenius III. confirmato in uſum ſcholarum decreto Gratiani, eoque nec non Reynero Bellapecora Canonum Profeſſoribus Bononiæ conſtitutis, & demum indultis etiam Juri canonico gradibus academicis quam plurimum contulit (*b*). Quo ipſo eſt porro factum, ut per eos, qui ex ſchola Bononienſi redibant, eadem methodus tradendi juris canonici, hauſtaque ibi principia etiam in alias terras diffunderentur (*c*).

(*a*) Veriſimilius etiam hoc ipſo tempore appellatio Juris canonici fuit enata; vid. cl. & Reverendiſs. Rautenſtrauch l. c. §. 3.

(*b*) Conf. excerpta ex kalendario Bononienſi apud Nettelbladt l. c. §. 239. & 240. & Juſt. Hening. Boehmeri diſſ. de varia decreti Gratiani fortuna.

(*c*) Præſertim Academia Pariſienſis Jus canonicum ita conſtitutum, & mox adoptavit, & prohibito licet juris civilis ſtudio retinuit. Non idem dicendum de academiis Germaniæ, quamvis etiam hæc quidem jam illo tempore decretum a Joanne Semeca Gloſſis illuſtratum acceperit. Nettelbladt. l. c. §. 241.

§. 69. Et quemadmodum collectiones decretalium ſeculo XIII. & XIV. factæ; non minus dein pro ſcholarum uſu ad Academias tranſmiſſæ ſunt (*a*), ita per eaſdem Juriſprudentia Eccleſiaſtica, factionibus *legiſtarum* & *decretiſtarum* non obſtantibus (*b*), porro eſt promota; Apparuere profecto plures continuo Gloſſatores tam in decreta (*c*) quam in decretales (*d*) atque *Gloſſas*, *ſummas*, *Tractatus*, *Apparatus* & *Lecturas* edidere (*e*).

(*a*) Conf. Juſt. Hen. Boehmerus in diſſ. de decret. Pontif. Rom. variis collectionibus & uſu.

(*b*) *Legiſtæ* ſtudio juris civilis & partibus Imperatoris, *decretiſtæ* juri canonico & auctoritati Pontificum contra Imperatores extollendo ſe dabant; illi ſcilicet cum *Gibellinis*, hi cum *Guelphis* facientes. Scripta harum factionum vide in Goldaſti de Monarchia Imperii voluminibus tribus & conf. de reliquiis Gibellinorum & Guelphorum in juris canonici ſcriptoribus, Auguſt. de Leyſer in præf. inſtit. Jur. can.

(*c*) Inter decreti Gloſſatores præſertim notandus eſt Joannes Semeca ſeu Joannes Teutonicus.

(*d*) Inter Gloſſatores Decretalium præſertim notandus Bernardus Bottonus ſeu Bernardus Parmenſis.

(*e*) Nettelbladt l. c.

§. 70. Qui ex parte in Seculo XIV. cumprimis autem in Seculo XV. & initio XVI. viam a Gloſſatorum methodo diverſam ſunt amplexi, iidem aliquatenus Juriſprudentiæ Eccleſiaſticæ faciem quidem mutarunt; attamen, præterquam quod iis temporibus ſtudium Juris Eccleſiaſtici tandem etiam in Germania Academias obtinuerat, (*a*) unius tantum alteriuſve viri opera (*b*) haudquaquam ſufficiens erat, ut idem ſtudium cum hiſtoria Eccleſiaſtica, cum notitia antiquitatum ſacrarum, cum ordine conciniore & faciliore methodo, ac generatim cum bonis literis conjungeretur (*c*).

(*a*) Scilicet orta 1346. Academia Heidelbergenſis; 1356. Viennenſis; 1360. Pragenſis; 1388. Colonienſis; 1392. Erfordenſis &c. non tamen ſimul orta etiam cathedrarum diſtinctio, quamvis tamen paulo poſt diſtinctæ Profeſſiones *Decretalium*, Inſtitutionum, Pandectarum & codicis introductæ ſint.

(*b*) Cumprimis Joannes a Turrecremata circa medium ſeculi XV. de iis, quæ Gratianus in ſuo opere circa formam & ordinem peccavit, emendandis ſollicitus, idem opus ſecundum Gregorianam compilationem decretalium in quinque libros diſtinxit, atque ita fere novum effecit.

(*c*) Tradebatur tunc temporis etiam Juriſprudentia Eccleſiaſtica potiſſimum ad ſeriem textuum Juris; magis quidem adtendendo ad authoritatem & gloſſas præcedentium doctorum, quam ad mentem & ſententiam legum ex genuinis fontibus & ſubſidiis eruendum. Qui in ſingulas leges commentarii prodiere, *repetitiones* appellari ſolebant. Nettelbladt l. c. §. 148. 251. & ſequ.

§. 71. Seculo tandem XVI. reſuſcitatæ ſeculo priore humaniores litteræ ſuos fructus reddebant, indeque, veluti in reliqua, ita etiam in Eccleſiaſtica Juriſprudentia *humaniſta* (*a*) a *Realiſtis* (*b*) ſe diſtinguentes, & præter *Reconcinnatores legum* (*c*) complures *Methodiſtæ* (*d*) ſunt enati (*e*).

(*a*) Dabant ſe ſcilicet *humaniſtæ* linguarum, hiſtoriæ, antiquitatum, artis criticæ, omniumque Philologiæ partium ſtudio.

(*b*) Quæ præter humaniora ſtudia reliquæ ſunt diſciplinæ, has ſcholaſtici *reales* vocabant.

(*c*) Reconcinnatores legum tantummodo ipſi textui juris in meliorem ordinem redigendo ſtudebant, veluti horum præcipuum Joannem a Turrecremata jam laudavimus.

(*d*) Methodiſtæ non jam ſecundum ſeriem librorum titulorum & legum in collectionibus adhibitam, ſed juxta proprium arbitrium meliori ordini intentum procedebant. Unde hoc potiſſimum ævo textum in ſcholis explicatio ceſſavit eſſe univerſalis, ſimulque enata Juriſprudentia *compendiaria*. Conf. Andr. Flor. Rivini Or. de Juriſprud. compendiaria. Vitembergæ, 1640. annexa ejus ſyſtemati juriſprudentiæ polemicæ; item Polycarpi Aug. Leiſching Diſſ. ſub titulo de novo corpore Juris faciendo vana doctorum hominum conſilia Goett 1756.

(*e*) Nettelbladt l. c. §. 257. & ſequ.

§. 72. Lutherus quidem initio ſeculi XVI. ſaltem ſtudio Juris Pontificii publica corporis Juris canonici concrematione (*a*) ruinam paravit. Quemadmodum vero ſtatim reſtitere ICti VVittebergenſes (*b*), ita poſtea, etiam Proteſtantes hoc Jus ejuſque Gloſſatores & interpretes, alia tantum, quam alius Eccleſiæ ſtatus depoſcebat, accepta norma retinuere. Prætereaque per illam publica auctoritate factam *decreti* correctionem (*c*) & per editas compendiarias Juris canonici expoſitiones (*d*) potius novis incrementis Juriſprudentia Eccleſiaſtica eodem ſeculo potiebatur.

(*a*) a. 1520.

(*b*) Schurffius ſcilicet & Goedenius.

(*c*) Committebatur correctio ſub Auſpiciis Pii IV. & V. & Gregorii XIII. triginta quinque eruditis, qui labore ſuo a. 1580. abſoluto, inde *Correctorum Romanorum* nomine innotuerunt. Sed & privatos partim jam ante, partim poſtea, Juriſprudentiæ Pontificiæ emendatores novimus, atque cumprimis, Antonium Contium, Antonium Democharem, & Antonium Auguſtinum qui primus humaniſta inter canoniſtas laudatur. Nettelbladt l. c. §. 266.

(*d*) Jam Franciſcus Duarenus inſtitutiones Juris canonici tentavit & edere voluit, uti ipſe inter alia præfatur ad tractatum de ſacris Eccleſiæ miniſtris & beneficiis, quem a. 1550. in lucem dedit. Sed demum Lancellotus & Cuchius, de quibus jam ſupra dictum, (§. 50. n. l.) cum ſuis inſtitutionibus primi prodiere.

§. 73. Magis porro ſeculo XVII. Eccleſiaſtica Juriſprudentia non creſcere non potuit, quando quidem cum creſcente literarum elegantiorum cultura, etiam philoſophia & cumprimis Jus Naturæ, illud omnium Jurium fundamentum, liquidiorem in lucem proferri cœpit (*a*). Hoc facto ſane, veluti porta dabatur, qua in viam ab Antonio Auguſtino monſtratam (§. 72. n. c.) & galli (*b*) & poſt hos germani (*c*) magno numero multaque velocitate excurrebant.

Digitized by Google

(*a*) Quid omnium pimo hac in parte Grotio, quid Puſſendorfio debeamus, notiſſimum eſt.

(*b*) Scilicet Claud. Fleury, Janus a Coſta, Joan. Floren, Ant. Dadinus Alteſſera, Innocentius Cironius, Jo. Dartis, Petrus de Marca; addere liceat Wilhelmum Barclajum.

(*c*) Tranſgrederemur obligationem cuique ſuum tribuendi, ſi in hac notitia literaria aut negaremus aut prætermitteremus ſilentio: inter germanos a Proteſtantibus, conjunctionem elegantiorum literarum cum Juris canonici ſtudio eſſe promotam. Exempla ſunt Caſparus Zieglerus, Joannes Strauchius & Jo. Schilterus; omitto illos, qui non tam jure canonico, quam ſolo Jure Ecclaſiaſtico Proteſtantium ſe occuparunt.

§. 74. Denique XVIII. noſtro ſæculo Juriſprudentiæ Eccleſiaſticæ incrementa tam ſingularia ſunt procurata, ut & ex illis, quæ jam demortui, & ex eis, quæ adhuc viventes Jureconſulti præſtitere (*a*) ac præſertim ex opera, quam Reverendiſſimi ac Religioſiſſimi viri ad Providentiam ſummorum Principum, eximiorumque ubivis literariæ rei præpoſitorum Miniſtrorum & conſiliariorum curas etiam ipſi adjunxere, Juris canonici ſtudium non modo majorem elegantiam, ſed ſoliditatem quoque, & fere per omnes univerſitatum academiarum & aſceteriorum ſcholas diffuſionem genuinæ doctrinæ uſumque rectioris methodi obtinuerit (*c*).

(*a*) Notiſſima ſunt nomina Van-Eſpen, Juſti Heningii Boehmeri, Joannis Caſpari Barthel, Gregor. Zallwein &c. Notiſſima ſpeciatim ex noſtris nomina Pauli Joſephi a Riegger, Stephani Rautenſtrauch Abb. Brzenov. Benedicti Oberhauſer, Lotharii Schrodt &c. Notiſſima nomima L. B. de Ichſtadt; & qui quidem anonymi *de Locbſtein*, *Picblerus*, *Neubergerus*, decora Bavariæ tot viris ſcriptiſque ſinceris conſpicuæ. Notiſſimum nomen Febronii; cujus, per me licet, numerentur nævi. Enimvero & iſti, & cuncti, qui hactenus fuere oppugnatores, omnem eorum, quæ ille in jure Eccleſiaſtico ſcripſit, æſtimationem apud eruditos haudquaquam exſtinguent. Adverſarios Febronii recenſet etiam Walch in *recentiſſimis Religionis Actis* P. I. N. 3. de Meritis defuncti noſtri cl. de Riegger vide meam orationem funebrem ad ejus exequias a. 1776. habitam.

(*b*) Apud nos Epocha reſtaurati Juris Eccleſiaſtici eadem eſt cum Epocha reſtaurationis, quam Auguſtiſſima noſtra æterno beneficio univerſæ rei litterariæ a. 1753. induxit. Et quidem magnos illos, quos quiſque novit, ita renovatæ Eccleſiaſticæ Juriſprudentiæ; & laboris Rieggeriani progreſſus præter curam, quam intentioni Auguſtiſſimi ſummi Reipublicæ noſtræ miniſtri etiam hac in parte conformarunt, præter continuam providentiam a Conſiliariis & adſeſſoribus aulicæ ſtudiorum commiſſionis adhibitam, præter vigilantiam, quam in omnibus Provinciis Dicaſteria, quam ubivis cæſarei Regii directores & cumprimis ſtatim initio Viennæ Ill. L. B. Bourguignon de Baumberg inſig. ord. S. Stephani Eques S. C. R. A. M. Conſiliarius aulicus in ſupremo juſtitiæ Tribunali; Pragæ Perill. & conſult. D. Franciſcus Joſephus de Heinke Eques & ditionum Boh. Provincialis, nunc S. C. Reg. A. M. Conſil. act. & Ref. intim. apud incl. C. R. ſupr. cancellariam aulicam, atque in hac modo univerſitate Vindob. Fac. Jur. Præſes & in eadem nec non in Acad. Nob. Sabaud. ſtudii Jurid. Cæſ. R. Director, & poſt hunc itidem Pragæ Franciſcus Wenceslaus Stephanus de Kronnenfels nunc S. C. R. A. M. Conſiliarius aulicus in ſupremo Juſtitiæ Tribunali; nec non etiam ex parte Theologica præcipue Simon Ambroſius Nobilis de Stock defunctus Epiſcopus Roſonienſis & Fac. Theol. in hac univ. Director, atque nunc porro magis, ejus in Directoratu ſucceſſor propriiſque ſcriptis illuſtris Reverendiſſ. Abbas Brzenov. Stephanus Rautenſtrauch impendere, ſingulariter accelerarunt duo: videlicet Illuſtriſſ. defunctus L. B. van Switten, reſtituens ante alia Philoſophiæ ſtudium, eamque, qua eum Auguſtiſſimi noſtri Principes beabant, fiduciam & authoritatem ad omnigenæ ſcientiæ ſuſtentationem & incrementa extendens; ac dein Car. Anton. de Martini Inſig. Ord. S. Stephani Eques S. C. A. M. a Conſ. aul. & in ſuprema Bohemiæ & Auſtriæ Cancellaria Referendarius intim. per ſolidiſſima univerſæ Juriprudentiæ fundamenta in ſuo naturali ac publico univerſali Jure adeo ſuppeditata roborataque, ut non ab alio quam ejus labore hujus apud nos excultæ ſcientiæ Epocha queat computari, & univerſæ rei literariæ, cui quidem etiam tanquam Conſiliarius ac Referendarius aulicus tot jam præſtitit, & certiſſime porro præſtabit, efficaciſſimum perpetuumque ſubſidium ab eo ita allatum eſſe noſtri exterique eruditi omnes conſentiant.

§. 75. Excultæ Eccleſiaſticæ Juriſprudentiæ documenta, ſunt certiſſima ipſi libri, qui de Legibus, obligationibus & Juribus Eccleſiaſticis hactenus prodiere. Horum

igi-

igitur notitia nequaquam carere debet ille, quicumque in hujus ſcientiæ culturam incumbit, ne ſcilicet ejuſmodi eruendis inſudet, quæ jam ab aliis eruta eſſe ex eorumdem ſcriptis facili negotio cognoſcere potuiſſet, ſed potius eadem proſequendo, corrigendo atque illuſtrando utiliorem operam impendat (*a*).

(*a*) Non ego Tyronibus multos ſtatim varioſque libros legendos commendo. Enimvero illis ſufficiunt iidem libri, qui tot peritorum virorum judicio exquiſiti publicaque authoritate adoptati initiantium claſſibus præſcribuntur. Attamen notitiam librorum etiam Tyronibus dare oportet; ut ſcilicet inter reliqua initia, etiam initia rei literariæ addiſcant, eoſque ſaltem aliquo modo cognoſcere incipiant libros, de quibus poſt hauſta principia ad eadem roboranda atque excolenda ſibi debebunt proſpicere.

§.76. Quæ ad notitiam ſcriptorum Juridicorum in genere faciunt; ex iiſdem quoque notitia ſcriptorum Juris Eccleſiaſtici adquiritur (*a*).

(*a*) Huc igitur conferunt: boni ſcriptorum juridicorum catalogi, ipſæ bibliothecæ publicæ privatæque, officinæ librariæ; converſatio cum eruditis, atque ſtudium hiſtoriæ literariæ juridicæ, cui I. inſerviunt præter ſupra laudatos (§. 60. not. a.) *Stolleni Introductio ad Juris Hiſtoriam. Jenæ* 1745. Erneſti Chriſtiani Weſtphali *Syſtematica Introductio ad meliorum Juris librorum notionem & ad Scientias in eis comprehenſas. Lipſiæ* 1774. II. Lexica ſcriptorum juridicorum vel alphabetico vel ſyſtematico ordine edita, veluti Lippenii Bibliotheca realis juridica Tom. 1. & 2. Lipſiæ 1757. quibus Tom. 3. adjecit 1775. vir eruditus & laborioſus D. Auguſt. Fridericus Schott antiquit. Jur. in Acad. Lipſ. Profeſſor. publ. B. G. Struvii bibliotheca Juris ſelecta emendata & locupletata per C. G. Buder Jenæ 1756. J. A. Hoffmanni *Selecta Juriſt. Biblioth.* 2. P. *Jenæ* 1748. III. Ephemerides literariæ juridicæ, inter quas nunc notiſſimæ ſub hiſce titulis *Auguſti Friderici Schotti -- Medium Certamen ſuper recentioribus juriſt. ſcriptis, circiter 70. articuli*, &c. Conf. *VVeſtphali Introduct.* ut ſupra.

§.77. Veluti etiam ii libri hic generatim prænoſcendi ſunt, qui, dum obtutu univerſi Iuris, aut eo conſultorum omnium Vitam, (*a*) aut ejus univerſi hiſtoriam (*b*), aut in id univerſum introductionem (*c*), aut ſingularum Juris partium epitomen (*d*) comprehendunt, totidem partibus ad rem literariam juris Eccleſiaſtici referri debent.

(*a*) Præter ſupra laudatos (§. 65. in notis a & b Confer etiam *recentiſſima Documenta jurid. librorum, academic. Tractatuum, nec non vitæ celebriorum præſentium & defunct. juriſperitorum*, &c. Frſ. & Lipſ. ab a. 1739. uſque 1755. in 8. X. Tomis auctore anonymo. J. Fr. Judgeri *Beitr. ad Juriſt. Biograph. Lipſiæ* 1773. 2. P. nec non Hambergeri *Docta Germania, Lemgo* 1776. & *H.* de Luca *Auſtria Docta* 1776.

(*b*) B. G. Struvii Hiſt. Jur. Jen. 1718. de Selchow Elem. Hiſt. Jur. Goett. 1758. Ejuſd. *Acta juris exterorum & domeſticorum in Germania vigentis, Gottingæ* 1767. L'Eſtocq, *Regulæ fundament. ad pragmatic. juris Hiſtoriam. Konigsberg.* 1766.

(*c*) A. F. Schotti *juriſt. Encyclopædia & Methodologia, Lipſiæ* 1774. Putteri *Encycl. & Method. Gottingæ* 1767. Nettelbladt nova introductio in univ. Juriſpr. poſit. Germ. comm. Halæ 1772. Senkenbergi *Introductio ad jus in Germania uſitatum, Nordlingæ* 1764. Ejuſ. Methodus Juriſprudentiæ Frſ. 1756. Jo. Heumanni Appar. Juriſpr. litterar. Norim. 1752. A. J. Moſeri *Introductio ad juris ſtudium ob nobilium juvenum aliorumque inſtitutionem, Jenæ* 1743. J. K. Mathæi Betr. *ad juris Studium, Breslaviæ* 1771. *Initiatio eorum, qui ſe juriſprud. & polit. muneri dicant, Francof. ad Oder.* 1770. Buder Coll. de ratione & methodo ſtudior. Jur. Jenæ 1724.

(*d*) Nettelbladt ſyſtema Elem. univ. Juriſpr. poſit. Halæ 1762.

§.78. Sed prius, quam maxime noſcendos ex iis libris adferamus, qui proprie Bibliothecam Juris Eccleſiaſtici conficiunt, generatim quoque hæc ſcienda ſunt: in ſcriptis Juris Eccleſiaſtici æque ac in aliis I. ad internam eorum conditionem ſeu veritates ipſas quas continent, & methodum, qua ſunt traditæ (*a*). II. ad conditionem eorundem externam ſeu ad materiam, cui inſcripti vel impreſſi ſunt,

ad

ad litteras (*b*) formam, titulum, (*c*) auctoris nomen, (*d*) pretium, (*e*) editiones, (*f*) commercium cum iis prohibitum, (*g*) raritatem, (*h*) aliaque adtendendum eſſe.

(*a*) Hinc fide dignas librorum recenſiones ante alia ad manus habere oportet.

(*b*) Jam a. 1460. etiam textus juris Pontificii Typis dari cæpiſſe, docet conſtitutionum clementinarum exemplar de a. 1460., quod membranis impreſſum in Bibliotheca illuſtris Reipublicæ Norinbergenſis aſſervatur. Cæterum Mſcta Juris canonici frequentiora quam Juris civilis ſunt, ac cumprimis Romæ, Florentiæ, Venetiis atque in Cæſarea Vindobonenſi Bibliotheca deprehenduntur.

(*c*) Etiam Tituli ſcriptorum Juris canonici alii recte concepti ſunt, alii vero minus recte. Et iſti quidem vel ſtupidi & ridiculi; vel craſſi & calumnioſi; vel oſtentantes & heterogenei ſeu indicantes ejuſmodi, quæ dein in ipſo libro ejuſque capitibus fruſtra quæres, præſertim a Canoniſtis medii ævi, iiſque ad huc fidelium aſſeclarum habentur.

(*d*) Vel ſcripta nomen authoris ſui præſeferunt vel non; & tum vel *anonymica* vel *pſeudonymica* ſunt.

(*e*) Qui commodam occaſionem ejuſmodi ſcripta comparandi exſpectare & potiſſimum auctiones publicas adire poteſt, ſine dubio ſæpe eximia levi pretio adquirit.

(*f*) Videndum, ut comparentur editiones optimæ, quarum notionem recenſiones librorum, viri periti & ipſorum librorum frequentior tractatio & conſpectus ſuppeditabunt.

(*g*) Univerſe hic meum Lectorem monitum volo, me haudquaquam intendere, ut omnes libri, quorum in hac introductione mentionem facio, a quovis non obſtante publica prohibitione legantur. Enimvero notitiam librorum dare ad me pertinet; non vero dare licentiam legendi. Et certo notitia librorum non tantum non nocet, ſed etiam neceſſaria eſt, cum ea partem hiſtoriæ literariæ conſtituat, & Jure conſulti ex libris non undequaque bonis tam ſæpe ac Theologi ex Origene, Tertulliano, aliiſque heterodoxis quædam alleganda deprehendant. Præterea religionis & Juris Eccleſiaſtici Catholicorum Principia ipſa, quæ illis heterodoxis opponuntur, totidem monita, atque cautiones ſunt, ut, cuicumque conceſſa eſt lectio ſcriptorum adverſariorum, is ſibi indetantummodo bona pro eruditione ac literario uſu adoptet, reliqua vero, quæ a noſtræ Eccleſiæ ſancitis aliena ſunt, ſi ipſi aut non capacitas, aut non munus & occaſio refutandi eſt, cum debita erga Eccleſiam judicii ſui ſubjectione aliis refutanda relinquat.

(*h*) Raritas etiam in libris canonici Juris auget pretium, non tamen ſemper propterea etiam tantus eorundem internus valor eſt. Conf. Nettelbladt init. Hiſt. lit. Jurid. in Appendice II. *De ſelectis, raris, novis, & veteribus juriſt. libris*, 2. *editiones*, *Jenæ* 1715. *Accurata deſignatio rariorum librorum, cum Notis hiſtor. & critic.* Melchior. Ludovici VVidekindi, *Berolini* 1753.

§. 79. In ordinandis libris ad Bibliothecam Juris Eccleſiaſtici proprie pertinentibus primo loco colloco eos, qui introductionem in hanc ipſam ſcientiam, ejuſve hiſtoriam comprehendunt (*a*).

(*a*) Veluti ſunt: Arn. Plettenberg. introduct. in Jus can. Hildesh. 1692. du Pin. Biblioth. des Auteurs Eccl. Paris 1730. Doujat. Prænot. Can. Venet. 1743. Franc. Xav. Zech Præcognita Juris canonici Monachii 1749. Flœrke Prænot. Jur. Can. Halæ 1756. I. A. Riegger Biblioth. Jur. can. Vien. 1761. Mulzer Præcogn. in Juriſpr. Eccleſ. Poſ. Germ. Frf. & Lipſ. 1770. Stephani Rautenſtrauch Abb. Prol. ad Jus Eccleſ. Prag. 1774. Caſp. Ziegler de ortu & progr. Jur. can. Jenæ 1723. Georg. Zallvvein Collect. Jur. Eccleſ. antiqu. ejuſque collect. Jur. nov. Saliſb. 1760. Gerh. de Maſtricht. Hiſt. Jur. Eccleſ. Halæ 1719. *Pertſchii juris Canon. & Eccleſ. brevis Hiſtoria*, *Lipſiæ & Breslav.* 1753. Doujat Hiſtoire du droit Canonique Paris 1677. Paul. Joſephi de Riegger de collect. Jur. Eccleſ. antigrat. Vien. 1765. Ej. Exercit. acad. de Jur. Eccleſ. Orig. natura & Principiis Viennæ 1755. Joh. Mel. Pichleri *De origine, proceſſu & præſenti ſtatu juris Eccleſiaſtici in Cathol. regionibus*, *Ulmæ* 1773. Ignatii Mulzer hiſt. leg. Eccleſiaſt. Bambergæ 1772. &c.

§. 80. Secundo loco repono illos, ex quibus tanquam fontibus leges Eccleſiaſticæ ſunt eruendæ; atque adeo 1. qui de jure Eccleſiaſtico antiquo (*a*) 2. qui de novo (*b*) 3. qui de noviſſimo (*c*) exſtant, ita tamen, ut 4. conciliorum acta diſtincto ordine ſimul conſiſtant (*d*).

(*a*) Huc

Digitized by Google

(*a*) Huc faciunt H. Chr. Fr. Juſtelli & Voelli Bibliothec. Jur. can. vet. Paris 1661. 2. Tom. Guil. Beveregii Synodicon Oxon. 1672. 2. vol. Delectus actorum Eccleſ. univerſalis Lugdun. 1706. 2. Tom. Anton. Auguſt. canon. pœnit. Collect. Venet. 1584. Regino de diſc. Eccleſ. Pariſ. 1671. & Viennæ 1765. 4. Burchardi decret. L. 20. Col. 1548. Ivonis decretum Lovan. 1561. Ej. Pannonia Lovan. 1557. A. Auguſtini antiquæ collect. decret. Paris 1609. Antiquæ conſtitutiones Imperatorum Græcorum & Regum Francorum circa ſacra in Cod. Theodoſ. & Juſtiniani ejuſque & Leonis Novellis, porro in Baſilicis, in Bonefidii Jure Orientali, in Leunclavii Jure Græco Romano & in capitularibus Regum Francorum continentur: vide Jus ſacrum. Juſtinianeum A. Struv. Jenæ 1668. Conf. Tab. III. & IV. Petri Pithoei ſynopſis hiſtorica eorum, qui canones & decreta Eccleſiaſtica collegerunt, quæ præmiſſa eſt edit. Corporis Juris can. Petri de Marca diſſ. de veteribus collectionibus canonum adiecta ejus tract. de Concord. Sac. & Imp. a Juſto Hening. Boehmero Frſ. 1708. & Nettelbladt init. hiſt. lit. Jurid. §. 425. uſque 431.

(*b*) Totum Corpus Juris canonici commune haſce præcipue habet editiones: corp. Jur. can. edit. correcta a. 1582. 4. Tom. f. edit. Pariſ. 1587. Pithoeor. f. Pariſ. 1687. Lipſ. 1695. 1705. Edit. Freisleb. 4. Altenb. 1718. 1737. 1744. Edit. Boehmeriana 4. Halæ 1747. Corp. Jur. Gloſſ. 3. Voll. f. 1618. II. inter ſcripta quæ notitiam corporis Juris canonici præbent, cumprimis ſunt Stephani Daoys Index ad Jus Pontificium Burdigaliæ 1624. VVenceslai Steigeri Medulla Corporis Juris canonici ejuſdemque ac ſacrorum canonum repertorium Norimberg. 1713. Alb. Gentilis de libris Jur. civ. & can. 1605. Eberh. Speckhan univerſi Juris Romani Cæſarei & Pontificii ſecundum omnia cujuſque volumina partes libros & titulos brevis ſuccincta & ſynodica compoſitio, continuatio & exegeſis Helmſt. 1669. Jo. Serpilli compendioſa delineatio totius Juris can. & civilis in utroque tam allegandi quam abbreviationes legendi modum exhibens in gratiam Tyronum ſtudii Juris conſignata Lipſ. 1720. Taceo lexica & Theſauros Juris, in quibus utriuſque Juris vocabula & res explicantur, eoſque qui *ſpeciatim* de uſu Juris canonici hodierno ſcripſere, cum ii non ad Jus Eccleſiaſticum *commune*, ſed *ſpeciale* pertinent; Conf. Nettelbladt l. c. §. 487. & ſeq. III. ex iis, qui textus juris canonici vel tantum nobiliores exhibent, vel ſaltem alio ordine, quam corpus Juris canonici habet, præcipuus eſt Jo. Petrus Gibert in ſuo corpore Juris canonici per regulas naturali ordine digeſtas uſuque temperatas, ex eodem jure conciliis, partibus, atque aliunde deſumtas expoſiti Tom. 4. Coloniæ Allobrogum 1725. IV. etiam libri huc reponendi, qui per remiſſiones indicant loca illuſtrantia, in aliis ſcriptis obvia; & repetitiones Juris canonici, veluti Auguſt. Barboſæ Collectanea doctorum &c. in Jus Pontificiæ univerſum Lugd. 1716. Repetitionum Juris Canonici Tom. ſex cum indice repetitionum Colon. 1618. porro V. ſcripta ad varios textus diverſarum partium corporis Juris canonici exegeſim continentia, veluti Innoc. Cironii obſervationes in Jus Canonicum Toloſæ 1645. & ex recenſione Jo. Sal. Brunquelii Jenæ 1731. Jo. Staruchii amænitatis Juris Canonici Jenæ 1731. nec non VI. ſcripta Jus canonicum cum aliis Juribus conferentia, uti Conradi Rittershuſii differentiæ Juris civilis & canonici Argent. 1618. cum quo etiam extant differentiæ Georg. Lauterbecks Jo. Emer. a Rosbach Argent. 1638. Jo. Frid. Bockelmanni differentiæ Juris civilis & canonici hodierni cum notis van Eck Trai. ad Rh. 1694. cum not. Everh. Ottonis & differentiis Joach. Haſſæi ibid. 1737. Schvvenderi aſſertiones canonicæ ſuper differentiis quibuſdam inter Jus antiquum decretalium & novum Tridènt. Ingolſt. 1681. Jur. civ. & can. collatio per D. Joan. Oldendorpium Lugduni 1541. Jo. Voet diſſ. Juris civ. & canonici ad calcem compend. Juris juxta ſeriem Pandectarum &c. VII. commentarii in decretum, ſeu decretum cum commentariis Bartholomæi Brixenſis Venet. 1483. Jo: Dartis com. in univ. Gratiani decretum inter eius opera; Franciſci Florentis varii tractatus ad nonnullas decreti Gratiani partes in ej. oper. Tom. 2. adde ſcripta, quæ decreti cenſuram & commodiorem uſum reſpiciunt veluti: Gratiani decretalium liber V. ſecundum Gregorianos decretalium libros tituloſque diſtincti per Jo. a Turrecremata cura Juſti Fontanini Romæ 1736. Antonii Auguſtini dialogi de emendatione Gratiani, libri duo Paris 1607. & cum Stephani Baluzii atque Gerh. van Maſtricht notis. Arnheimii 1678. VIII. commentarii, in decretalium Gregorii noni compilationem, inter cujus editiones varias, quæ cum gloſſis & ſine iis habentur, antiquiſſima eſt illa Baſileenſis de a. 478. ſcilicet Jani a Coſta Comment. in quoſdam librorum decretalium titulos Pariſiis 1676. Franc. Florentis Tract. & diſſ. ad ſingul. decret titulos. Antonii Dadini Alteſſeræ Comm. ad Innocent. III. caplt. in decretalibus obvia Paris 1666. Bapt Viviani rationale Juris pontificii Coloniæ 1628. Proſp. Fagnani Comm. in 5. Libros decret. Colon. 1704. Henr. Pirrhing Comm. in decretales Dilling. 1624. Em. Gonzalez Tellez com. ad decret. 5. libros 4. Vol. Lugduni 1713. Cironii Paratitla in 5. libr. decret. P. Peck comm. in regul. Jur. can. Helmſt. 1588. IX. commentarii in librum ſextum decretalium uti Petr. de Ancharano ſuper ſexto decretalium commentaria Bonon. 1583. Melch. Kling comment. ad libr. 6.

de-

Digitized by Google

decretalium Fri. 1563. X. commentarii in clementinas ſeu Ant. Dad. Alteſſeræ comment. in clement. libr. Pariſ. 1680. &c.

(c) Huc reponi poſſunt Novum bullarium Romanum a Leone M. ad Benedictum XIV. Tomi XIX. Luxemb. 1727. — 58. Regulæ ordinationes & conſtitutiones judiciales cancellariæ Apoſtolicæ cum variorum commentariis Frf. 1546. Jo. Cochier Commentarius in regulas Cancellariæ Apoſtolicæ Colon. 1621. & 1675. Ludov. Gometz Comment. in reg. cancellariæ Venet. 1574. vid. bibliothec. Lippen. Tom. I. pagin. 377.

(d) Collocandæ primum ipſæ collectiones Conciliorum: veluti Conciliorum omnium generalium & provincialium Collectio Regia in 37. Tomos diffuſa Pariſiis 1644. Phil. Labbe ſacroſancta Concilia ad Regiam editionem exacta edit. 4. auctior vol. 18. Paris 1674. Jo. Harduini Collectio maxima Conciliorum generalium & provincialium decretalium & conſtitut. ſummorum Pontificum 12. vol. Paris 1715. Nicol. Coleti Sacroſancta Concilia ad reg. edit. exacta 23. Vol. Venetiis 1728. Jo. Dom. Manſi ſanctorum Conciliorum & decretal. collectio nova 6. Vol. Lucæ 1751. Concil. Trid. ex recognit. Jo. Gallemart Colon. 1722. Jo. Harzheim Concil. Germ. Col. 1759. — 1767. Acta ſingulorum Conciliorum recenſentur in Traitè des Conciles & de leurs collections diviſe en trois parties; avec un catalogue des principaux auteurs qui en ont traitè & des eclairciſſemens ſur les ouvrages, qui concernent cette matiere, & ſur le choix de leurs editions par Mr. Francois Salmon Docteur & Bibliothecaire de Sorbonne Paris 1724. Lipſ. 1726. Adjungenda dein: Chriſt. Luppi ſynodorum generalium ac provincialium decreta & canones ſcholiis, notis ac hiſtoria actorum diſſertatione illuſtrati Bruxellis 1673. Lud. Thomaſſini diſſ. in concilia generalia Paris 1667. Lucæ 1728. Zeger. Bern. Van-Eſpen Tractatus hiſtoricus canonicus exhibens ſcholia in omnes Canones Conciliorum tam Græcos quam latinos, & famoſiores Canonum Collectiones tam veteres quam recentiores Roven 1710. Joſephi Catalani ſacroſancta Concilia æcumenica prolegomenis & commentariis illuſtrata Romæ 1736. Cl. Benedicti Oberhauſer Manuale Selectiorum Conciliorum & canonum Salisburgi 1776. Laurentii Bracati Epitome Canonum omnium Conciliorum tam Generalium quam provincialium ordine alphabetico digeſta ſeu index univerſalis Romæ 1659. Coloniæ 1684. Dictionaire portatif des conciles. Paris 1758. Cabaſſutii notitia Concil. Lugduni 1670. Lud. Ruel. concil. illuſtrata Nor. 1675. Barboſ. collect. in Concil. Trid. Lugd. 1642. &c.

* Collectiones reliquas legum, quæ ad jus Eccleſiaſticum Germaniæ & Auſtriæ pertinent, reſervo ad ſyſtemata de utroque jure ſeparatim edenda.

§. 81. Locum tertium occupare poſſunt ſyſtemata & compendia Juris Eccleſiaſtici atque generatim ii libri, qui vel integram Theoriam hujus ſcientiæ vel primas ejus veritates pertractant (a).

(a) Hic igitur conſiſtent. Jo. Pauli Lancelloti inſtitutiones Juris Canonici, quæ non tantum editionibus corporis juris canonici adnexæ, ſed & ſeparatim prodierunt Lugduni 1588. Venetiis 1704. 1739. Halæ 1716. 1717. Fran. de Roye Inſtitutiones Juris Canonici Paris 1681. cum notis Ziegleri Lipſ. 1709. & iterum cura Chr. Hoffmanni ibid. 1722. Claud. Fleury inſtitution au droit Eccleſiaſtique Pariſiis 1688. Bruxel. 1722. & latine Venet. 1753. cum animadv. Boehmeri Halæ 1724. Jani Vinc. Gravinæ Inſtitutiones Canonicæ Auguſtæ Turinorum 1742. Zeg. Bernh. Van-Eſpen Jus Eccleſ. Univ. Lovan. 1754. Inſtitutions Eccleſ. & benef. par Gibert Paris 1736. Petr. de Marca de Concord. Sac. & Imp. Venet. 1733. Oberhauſer compend. prælect. can. 2. Tom. 1764. & 1773. Ej. prælect. can. juxta Tit. decret. 1752. G. Zallwein Princip. Jur. Eccleſ. Univ. & part. Germ. Aug. Vind. 1. vol. 1763. Euſeb. Amort Jus can. vet. & mod. 3. vol. Ulmæ 1757. Pauli Joſephi a Riegger Inſtit. Jur. Eccleſ. P. 4. Viennæ 1768. — 1774. J. Fr. Lotharii Schrodt Inſt. Jur. Can. Prag. & Berol. 1770. Stephani Rautenſtrauch Inſtit. Jur. Eccleſ. Pragæ 1772. Ej. Synopſis Juris Eccleſ. publici & privati, quod per terras hæred. Aug. Imp. Mar. Thereſ. obtinet Viennæ 1776. Jord. Simon Inſtitutiones Canonicæ 1770. Principia Juris publici Eccleſiaſtici Catholicorum ad ſtatum Germaniæ accomodata Frf. & Lipſiæ 1768. & cum præfixo titulo Juſtini Febronii Principia Juris Eccleſiaſtici Catholicorum &c. Venetiis 1767. Antonii Schmid Inſtit. Jur. Eccleſ. Tom. 2. Heidelbergæ 1770 — 1771. P. Dominici Schram Benedictini Banthenſis Inſtit. Jur. Eccleſ. Publici & privati Tom. 3. 1774. meus ordo Principiorum Juriſprud. Eccleſ. Pars I. Viennæ 1775. Pars. II. 1776. Summa Juris Canonici in quatuor Inſtit. libros contracta ſtudio Henrici Caniſii Noviomagi 1. C. Herbipoli 1707. Julii Caponi I. C. Neap. &c. Inſtitutiones Canonicæ Coloniæ Allobrogum 1734. Andreæ Vallenſis Paratitla ſive ſummaria & methodica explicatio decretalium Gregorii IX. Antuerpiæ 1722. Scripſere etiam, uti notiſſimum, Anacl. Reiffenſtuel Jur. Can. Venet. 1730. Antw. 1743. Schmier Juriſp. Can-civil Salisb. 1737. Schmalzgruo-

Digitized by Google

grueber Jus Eccleſ. Ingoldadii 1726. Wieſtner Inſt. Jur. Can. Aug. Vindelic. 1728. Vitus Pichlerus Jus canonicum Aug. Vind. 1728. Ej. candid. abbreviat. 1753. præ aliis apud nos merito prohibitus. Robertus Kœnigg. Principia Juris Canonici Saliſburg. 1714. P. Placidus Boeken ibid. Ludov. Engel ibidem 1710. Huic quidem annotationes Rev. & celeb. D. Caſpari Barthel ſubveniunt; reliqui vero jam paſſim in auctoribus publicis, levi quantumvis pretio publicati, vix inveniunt redemptores. Ex Proteſtantibus omitto illos, qui ſolum Syſtemata aut compendia Juris Eccleſiaſtici proteſtantium edidere, cùm Jus Eccleſiaſticum catholicorum pro objecto habeam. Quosdam vero ex proteſtantibus quoque ad illuſtrandum Jus Eccleſiaſticum Pontificium contuliſſe jam ſupra diximus. Et non tantum eruditi norunt, ſed & quilibet in iis, quæ publice veneunt, notitiæ literariæ opuſculis deprehendit recenſita: Jo. Schilteri Inſtitutiones Juris Canonici Jenæ 1681. Argentorati 1688. Juſt. Hening. Boehmeri Schilterum illuſtratum & continuatum Halæ 1712. 1720. Caſp. Hornii additamenta in has inſtitutiones Viteb. 1718. Jo. Erneſti Florkii obſervationes ſelectæ ad Schilteri inſtitutiones Juris Canonici Jenæ 1726. Diet. Gottl. Eckhard. Illuſtratio in Schilteri Inſtitut. Juris Canonic. 3. Vol. 1724. — 1732. Sam. Strykii annotationes ſuccinctas in Schilterum Norimb. 1732. Aug. de Leyſer prælectiones in eundem. 1753. Juſt. Hening. Boehmeri Inſt. Jur. can. tum Eccleſ. tum Pontif. ad methodum decret. nec non ad fora Cathol. & Proteſt. Halæ 1738. 1747. quod diſtingui debet ab ejus Jur. Eccleſ. Proteſt. 7. Tom. cum jure Parochiali & indice Jo. Georg. Pertſchii Elementa Juris Canonici & Proteſtantium Eccleſiaſtici Francf. & Jenæ 1731. 1741. Jo. Rudolph. Engau Elementa Juris Canonico Pontificio Eccleſiaſtici Jenæ 1739. 1765. Lud. Mart. Kahlii elementa juris Canon. Pontif. Eccleſ. Halæ 1744. Tom. 2. ejusdem compend. elementorum Jur. Can. Pontificio Eccleſ. Hanov. 1747. Ge. Lud. Boehmeri Princ. Jur. Can. &c. Gott. D. Georg. Ludovici Bohmeri de Hermann Becker, *Conſiliarii & Profeſſoris, Illuſtratio juris Eccleſiaſtici per explicationem Principiorum juris Canonici, Butzoviæ & VVismariæ* 1772. Achat Ludov. Schmidii Principia Juriſp. Eccleſ. Pontificiorum Jenæ 1771. &c. circa quorum uſum monita mea ſuperius data, quin repetam, intelliguntur.

§. 82. Dein ea, quæ vel collectionem ſcriptorum de ſingulis argumentis juris Eccleſiaſtici, vel ſeorſim varia ſingularia ejus argumenta, aut unum ſaltem alterumve ejuſmodi continent, quarto loco collocare licet. (*a*).

(*a*) In hanc claſſem venient præter illa, quæ continentur ex jure Eccleſiaſtico in tractatu univerſi Juris ſeu vulgo ſic dicto tractatu tractatuum (vid. Nettelbladt. l. c. §. 365.) Jo. Dartis opera Canonica in III. partes diſtributa Pariſiis 1656. Innocentii Cironii opera in Jus Canonicum Toloſæ 1645. Viennæ 1761. Henrici Caniſii opera, quæ de jure Canonico reliquit ſtudio Valerii Andr. Deſſelii Lov. 1649. Col. 1663. Bernardi Van-Eſpen. opera omnia. Conf. Vie de Van-Eſpen Louvain 1767. Jo. Caſp. Barthelii opuſcula juridica varii argumenti Bambergæ 1756. Tom. 2. Ej. opera Juris publ. Eccleſ. 1765. Jo. Ch. Koch. Opuſcula Juris Canonici Gieſſæ 1774. Joſ. Ant. Rieggeri opuſcula ad hiſtoriam & Juriſprudentiam præcipue Eccleſiaſticam pertinentia Friburg. 1773. Pauli Joſ. a Riegger. opuſcula Juris Eccleſ. varii argum. Viennæ 1768. Anton. Schmidt. Theſ. Jur. Eccleſ. 1772. — 1777. VI. Tom. I. F. le Bret. *Promptuarium Reipubl. & Eccleſiæ, nec non Spiritualis Status Catholic. Rectorum*. 1771. mea Collect. Select. Lucubr. Juriſpr. Eccleſ. illuſtrantium, quarum extant diſtributiones 13. Vien. 1774. — 1777. nec non *mea nova Collectio Germanice ſcripta, porro ſelectum Opuſculum Catholic. ſcriptorum, qui vetuſtiſſimis Eccleſiæ legibus innituntur ad promovendam librorum pernicioſorum lectionem Vindobonæ* 1777. &c. Et, ut de ſcriptoribus certorum tantum argumentorum, quæ ſeparatim prodierunt, exempla dem huc v. g. facient Clariſſimi noſtri Conſtant, Franc. a Cauz. U. J. L. & membr. Cæſ. Reg. Academiæ Roveredanæ & Cenſuræ C. R. Adſeſſoris præſtantiſſimum opus de *cultibus magicis, eorumque perpetuo ad Eccleſiam & Rempublicam habitu*, magni in univerſo jure & Theologia uſus 1768. & auctius 1771. Edidit idem Author diſſ. de S. Scriptura tamquam primo fonte Juris Eccleſiaſtici, quam ſub præſidio Rieggeriano tanquam reſpondens defendit Cardinali de Trautſon dedicatam 26. Jun. 1756. quæ dein cum Riegger operibus ſæpius prodiit. Juſtini Febronii Tractatus de ſtatu Eccleſiæ & legit. poteſt. Rom. Pontif. Tom. I. Bullon. 1762. auct. & mut. 1765. Tom. II. 1770. Tom. III. 1772. Tom. IV. 1773. vert. in Germ. Tom. I. & 1764. in Gall. 1766. & 1767. Wilh. Barclai *De Sum. Pontificis poteſtate in re ſpirituali, Monachii* 1768. Boſſuet defenſ. declar. Convent. Cleri Gallic. a. 1682. de Eccleſ. Poteſt. Lugan. & Bern. 1767. Anton. Pereira de ſupr. regum etiam in Cler. poteſt. Olyſ. & Lipſ. 1774. Ej. doctrina antiquæ Eccleſiæ de ſuprema Imperantium civil. etiam in perſonas

Eccleſ. poteſt. in memorata mea Collectione ſelect. Lucubr. Anton. Pereiræ Diſſert. hiſt. & Theol. de geſtis ac ſcriptis Gregorii VII. P. adverſus Henricum IV. Imperat. Viennæ 1773. *Ex Gallico* idiom. D. Bayer de Boutigni *Tractatus de Regis poteſtate circa ætatem ad ſolemnia Subditorum vota religioſa*, *Vindobonæ* 1771. Reverendiſſ. Abbat. Steph. Rautenſtrauch de jure principis præfigendi maturiorem Profeſſioni monaſticæ ſolemni ætatem Diatriba Pragæ 1773. *Aſſertio, quod nullæ poſſeſſiones in manus mortuas ſine Principis permiſſu cadere poſſint*, *Zurich* 1764. *De Principis jure circa poſſeſſionum traditionem in manus Eccleſiaſticas*: ibid. eodem. Biga diſſertat. de eo „ quod juſtum eſt ſummo Imperanti 1. circa ſublat. exempt. relig. 2. circa ſuppreſſ. conv. min. relig. Niernb. J. G. Nauberger *De Monaſtico reditu & de manus mortuæ legibus*, *Monachii* 1768. *Defenſio legum Bavariæ circa manus mortuas*, *Norimbergæ* 1760. Veremundi de Lochſtein *Fundamenta pro & contra immunitatem eccleſiaſticarum poſſeſſionum*, ejuſque *reſponſio contrariis quæſtionibus*, *Argentorati* 1767. *Illuſtratio legum de ſponſaliis in Bavaria*. P. Oberhauſer Apologia diviſ. poteſt. in l. l. matr. imped. dirim. Fr. 1771. & ejus cauſa deciſa 1777. Pereiræ *Tract. de Epiſcop. poteſtate*, *Francofurti & Lipſiæ* 1774. Fleury de *Cœnobitis, cum Electoris Moguntini Mandato*, *Coloniæ Agripp. Ad quæſtionem, utrum Cœnobitis cura animarum auferenda*; *Monachii* 1769. *Sententiæ refutatio*, ibid. In refutationem Notatio, 1770. Ad hanc *notationem Reſponſio*, ibid. Bona Clericorum cauſa in diſſ. de relig. ac monach. ab Eccleſ. paroch. & cura animar. amovendis Col. 1769. Ludov. Thomaſ. vet. & nov. Eccleſ. diſciplina circa benefi. Lucc. 1728. Chriſt. Matth. Pfaffi origines Juris Eccleſ. una cum diſſert. rationibus Jus Eccleſ. illuſtrantibus Tubingæ 1756. Juſt. Henning. Boehmeri Diſſert. Jur. Eccleſ. antiqui ad Plin. II. & Tertul. Lipſ. 1711. *Conſiderationes in Cœnæ Bullam, ex Italo idiom.* P. A. C. *Theat. Ord. translatæ*, *Freyburgi* 1770. &c. Quod attinet quidem ex hiſce libris Proteſtantes in ſacra noſtra acerbe invehentes, nec non catholicos etiam, qui genio ſuo plus juſto indulgebant, & quorum lectio propterea prudentiſſime non paſſim & cuilibet conceditur, circa hos & de legendi licentia & hac obtenta de lectione cauta quilibet ipſe ſibi debebit eſſe ſollicitus. Sufficiat nominaſſe, ne ſileam, quod palam eloquuntur hiſtoriæ omnes literariæ, & ne illos, qui ut erudiantur, a me poſcendi jus & hunc ſtudiorum ſuorum finem habent, non erudiam in iis, quæ eruditis deinde ſub ea, quam toties jam dedi, cautione licebunt, & ſæpiſſime erunt ſcitu neceſſaria. Sic Medicinæ & naturalium ſtudioſis neceſſarium ac utile eſt, dare notitiam tot quoque ſpecierum veneni quantumvis pharmacopeis interdictum ſit illas non cuivis & nonniſi ad rectum uſum ſubminiſtrare.

§. 83. In ſpecialem quidem locum & quintum igitur recte ſeponentur ſcripta illa, quæ non niſi certarum cauſarum deductiones, reſolutiones caſuum, reſponſa, conſilia & praxim conſiſtorialem exhibent (*a*).

(*a*) Veluti Franciſci Zypei conſultationes Canonicæ Antverpiæ 1640. & 1675. Jac. Pignatelli conſultationes canonicę Colonię Allobr. 1700. & noviſſimę Coſmopoli 1711. Viti Pichleri Jus canonicum practice explicatum ſeu deciſiones caſuum ſelectorum Ingolſt. 1735. Laur. Vigilii Nicollis praxis canonica ſive Jus canonicum caſibus practicis explanatum Tom. 2. Aug. Vind. 1732. Bened. Carpzovii Juriſprudentia Eccleſiaſtica ſeu conſiſtorialis cum additionibus D. Andreę Beyeri Lipſię 1721. Jac. Fried. Ludovici Introductio ad Conſiſtorial Proceſſ. 1762. Gomez Bayo Praxis Eccleſiaſtica & ſecularis Lugd. 1729. Laur. Nicolarti praxis beneficiaria Col. 1658. Gonz. Suarez de Paz praxis Eccleſiaſtica & ſecularis Salmant. 1586. Corr. Pyrrhi praxi diſpenſ. apoſtolicarum Col. 1697. Petri Ridolphini praxis judiciaria in curia Romana Venet. 1726. Saluſt. Tiber. a Cornetto practica judiciaria de modis procedendi coram Auditore Camerę Rom. 1602. Jo. Bapt. Ventriglia Praxis rerum fori Eccleſiaſtici Venet. 1694. & quę recenſentur in Bibl. Lippen. Tom. I. pag. 656. ſeq. inter varia ſub rubricis. *Deciſiones Juris, Romana aula, Camera, Curia, Cancellaria Apoſtolica*, & Tom. II. p. 200.

§. 84. Fac, per me licet, porro plures quæ ad jus Eccleſiaſticum referri poſſunt librorum claſſes & nomine *miſcellaneorum* vel aliis quibuſcunque titulis pro tuo arbitrio diſtingue (*a*) tantummodo etiam aliquo apparatu illorum ſis inſtructus, quæ Juris Eccleſiaſtici ſunt ſubſidia, & quorum enumerationem una cum ſubjuncta ſtatim eorundem brevi notitia literaria ſequenti capite concludemus.

(*a*) Commendari merentur Notę hiſtoricę in univerſum Jus canonicum in quinque libr. decret. P. Theodori Marię Ruprecht Ord. Serv. B. M. T. Pragę 1754. Et Jordani Simon Prelectiones hiſtorico Canonicæ. Erfordię 1768.

CA-

CAPUT III.

De neceſſitate & utilitate Jurisprudentiæ Eccleſiaſticæ, ejuſque ſubſidiis, ac methodo in eadem obſervanda.

§. 85. Quod Juriſprudentia Eccleſiaſtica probe imbuti eſſe debeant I. Religionis Antiſtites & in dignitatibus Eccleſiaſticis conſtituti (*a*) II. non tantum ii Religionis miniſtri, qui in Eccleſiaſticis ſedent conſiſtoriis (*b*) ſed etiam III. illi, quibus animarum cura eſt concredita (*c*) IV. qui ad negotia ſtatus aut cum exteris (*d*) aut V. pro interno civium Bono (*e*) definienda in conſilium & laborem vocantur. VI. qui in juſtitiæ Tribunalibus privatorum, cauſas dijudicandas habent (*f*) VII. qui in negotiis publicis privative Advocatos agunt, vel Procuratores (*g*) VIII. cuncti, a quibus iisdem in negotiis plus quam materialis opera exigitur (*h*) quis opinor, quin iſta omnia experiatur munera, vel ſola cogitatione aſſequitur (*i*).

(*a*) *Qui eccleſiaſticis diſciplinis per ordinem non eſt imbutus —— nequaquam ad ſummum Eccleſiæ ſacerdotium aſpirare præſumat*. C. 2. Diſt. XXXVI. *Placuit, ut ordinandis Epiſcopis, vel clericis prius ab ordinatoribus ſuis decreta Conciliorum auribus eorum inculcentur, ne ſe aliquid contra ſtatuta concilii feciſſe pœniteat*. C. 7. D. XXXVIII. *Decernimus quemlibet, qui ad Epiſcopalem gradum eſt provehendus —— a Metropolitano bene examinari, an ad ſacros* CANONES *diligenter & cum perſcrutatione*, NON AUTEM OBITER CURSIMQUE LEGENDOS *promto paratoque ſit animo* C. 2. ſyn. Nic. II. *Archidiaconi, qui oculi dicuntur Epiſcopi, ſint in omnibus Eccleſiis, ubi fieri poterit Magiſtri ſeu Doctores aut licentiati in Jure canonico*. Trid. ſeſſ. 25. C. 21. de ref. Idem de *Pœnitentiario Vicario* poſt mortem Epiſcopi conſtituendo habetur eadem ſeſs. C. 8. & 16. nec non C. 12. ubi generatim edicitur *dignitates omnes & ſaltem dimidia pars canonicatuum in Cathedralibus & collegiatis inſignibus conferantur tantum Magiſtris vel Doctoribus, aut etiam licentiatis in Theologia vel jure canonico*; & ſeſs. 22. C. 1. his verbis: *Quicumque poſthac ad Eccleſias cathedrales erit aſſumendus, ſcientia ejuſmodi polleat, ut muneris ſibi injungendi neceſſitati poſſit ſatisfacere; ideoque antea* IN UNIVERSITATE STUDIOSORUM *Magiſter ſive Doctor, aut licentiatus in ſacra Theologia vel jure Canonico merito ſit promotus, aut* PUBLICO ALICUJUS ACADEMIÆ TESTIMONIO *idoneus ad alios docendos oſtendatur*. Quæ omnia a conciliis Baſileenſi, Conſtantienſi & antiquioribus urgebantur.

(*b*) Enimvero de his, quod Juriſprudentia egeant (eum eorumdem munus ſit ad cauſas ſecundum leges & Canones decidendas concurrere) profecto nullus dubitare poteſt; utque igitur etiam ad hos prius adductum Concilii Tridentini monitum valet; *ſcientiam ejuſmodi polleant, ut muneris ſibi injungendi neceſſitati poſſint ſatisfacere*.

(*c*) *Nulli ſacerdotum liceat Canones ignorare* Diſt. 38. c. 4. & quandoquidem ad animarum curam profecto non quorumdam ab his illisve Theologiæ moralis Doctoribus deciſorum caſuum notitia ſufficit, ſed certe ipſa Theologia moralis *ſcientia* eſſe debet, quæ, ſecundum certiſſima principia Theologiæ, Juris & Philoſophiæ moralis, conſcientias ad æternam ſalutem dirigendi remedia legitimo ratiocinio ſuppeditat, quomodo vel concipiemus, ut ejuſmodi *literis carens ſacris poſſit eſſe aptus officiis*. C. 1. Diſt. XXXVI.

(*d*) Dum ſcilicet toties occurrunt negotia, in queis civitas aut contra curiam Romanam aut alios Religionis miniſtros, quorum, licet exteri ſint, Diæceſes tamen ſeſe in civitatis territorium extendunt, ſua jura defendenda, eaque, quæ civilia & temporalia ſunt, a ſpiritualibus ſeparanda habet; aſſertionis noſtræ veritas, quin ſpeciales adferamus caſus, nullus poteſt eſſe obſcura.

(*e*) Interna ſtatus negotia, quæ eccleſiaſticam deſiderant Juriſprudentiam, ſunt ea ipſa, quæ ſummum Imperantem ejuſque Miniſtros occupant, ut intra territorium per Eccleſiaſticarum legum obſervantiam promoveatur Religio, & nil omnino, quod noceret ſaluti Reipublicæ, ſub prætextu Religionis a ſubditis committatur.

(*f*) Intelleximus Juris canonici receptionem. Hæc ipſa igitur quanta eſt, tantum iis, qui in Magiſtratum quemdam venere, aut Juſtitiæ aſſident Tribunalibus, ad jus canonicum attendendi, atque adeo etiam probe cognoſcendi neceſſitatem imponit.

(*g*) Non dicam de cauſis matrimonialibus, propter quas ſaltem plurimi priorum tempo-

rum Advocati Jus canonicum tantummodo addidiciſſe , atque minori ſcilicet de ſolo libro Decretalium quarto, ſolicitudine abſolviſſe dicuntur. Illi nempe, qui , quando in juridicialibus quibuſcunque cauſis patrocinio præſtando par eſt , demum eximii advocati meretur nomen , etiam integra Canonici juris ſcientia tam ob ejuſdem in pluribus cauſis civilibus receptionem , quam etiam ideo , quia advocati conſiſtoriis Eccleſiaſticis frequenter ut ſyndici aut adſeſſores interſunt, atque non pro civilibus tantum, ſed & ſpiritualibus cauſis ſuam mentem exponendam habent , non neceſſaria non eſſe poteſt . Vel me tacente obtutu eorum, qui in Eccleſiaſticis atque civilibus cauſis procuratores agunt , neceſſitas Juriſprudentiæ Eccleſiaſticæ eruitur , ne ſcilicet aut canonica , quæ recepta ſunt , jura negligendo , aut iis , quæ non obtinent, cedendo inconſulte, commiſſum ſibi deperdant negotium.

(*h*) Ratio & experientia docet , ſtatus miniſtris atque Conſiliariis alios quoſdam a *ſecretis* & ad *concipienda elaborandaque* ejuſmodi, quæ , ut debito tempore *acta* & *expedita* ſint , ſecundariam complurium depoſcunt operam, debere adjungi . Putaſne & huic adjunctionis fini & Miniſtri Conſiliariive voto proſpectum eſſe, aſſumtis talibus, qui juriſprudentiæ Eccleſiaſticæ in tot caſibus adhibendæ aut prorſus ſunt expertes, aut denique ob doctrinæ ſatis ſolidæ defectum tam lentum quam miſerum atque vix vitalem enituntur partum.

(*i*) Taceo eos, qui quamcumque aliam partem (ob inſeparabile ſcilicet omnium cum Jure Eccleſiaſtico vinculum) docendi munus aut habent, aut ſuſcipere volunt. Conf. celeberrimum noſtrum de Martini Poſit. de jure civit. c. VII. de jure circa bona & munera civit. C. IX. de officiis eorum, qui gubernant civit. & C. X. de Officiis ſubditorum civitatis & cl. Schott , *Exemplum cujuſdam Encyclopædiæ & Methodologiæ juriſperitorum* §. 160. uſq. 193.

(§. 86.) Methodum in juriſprudentia eccleſiaſtica docenda perdiſcendave obſervandam quod adtinet , hæc pauca accipe monita I. ſeu hanc ſcientiam decretalium ordine, ſeu adoptato quocunque alio facile meliore pertractes ſyſtemate (*a*) ſi tibi chara eſt genuinæ ſcientiæ adquiſitio , ſolicite quæſo doctrinam illorum fontium, quos ſupra recenſebam, ipſi canonum & Decretalium ruminationi , aut præmitte ſtatim, aut continuo ſociam junge (*b*) ut & laudatorum fontium adplicatio & intima cujuslibet Canonis aut decretalis ſtructura dilucidetur , neque Eccleſiaſticam profanamque hiſtoriam (*c*) neque hiſtoriam ipſius Juris (*d*) neque antiquitatum Eccleſiaſticarum profanarumque notitiam (*d*) neque chronologiæ & geographiæ uſum (*f*) neque demum purioris criticæ regulas , quorum ſcilicet jam illud quaſi facem ſuppeditare poteſt , a latere dimittas velim . (*g*.) III. Denique , quemadmodum in obſervanda adcurate utriuſque poteſtatis diſtinctione præcipua tibi ſit cautio , ita ne ultra limites ullam offendas poteſtatem , ne alterutrius juribus vel honori demas minimum ſolicitus eſto ; atque univerſe amœniſſimum hoc ſtudium aut inordinate tractando, (*h*) aut neſcio, quibus acerbitatibus (*i*) non tibi aliiſque difficile ac tandem acerbum reddere .

(*a*) In bono ſcilicet ſyſtemate quam plurimum eſſe poſitum , nil minus autem , quam ſyſtema ejuſmodi in decreto aut decretalibus deprehendi, neminem opinor latet; ſi non igitur altior obſiſtit voluntas , cur peccent illi , qui, hiſtoria, forma , atque auctoritate harum aliarumque collectionum non præterita , ceterum neceſſariam Canonum ſcientiam proprio , quod rectius exiſtimant , ſuo tradunt ſyſtemate, prorſus rationem non video .

(*b*) Separat atque præmittit hanc principiorum doctrinam Cl. noſter de Riegger in P. I. Inſt. J. E. quamquam dein in decretalibus multa iterato inculcet . Conjungit vero cum quolibet Decretalium titulo principia eo pertinentia ſæpius jam a me laudatus Cl. Schrott Prof. Pragenſis. Aut hoc igitur, aut illud, aut aliud vero , quod ante dixi proprium tibi ſyſtema ſelige , Præeunte enim nobis clariſſimo Van-Eſpen , aliiſque haudquaquam Novitatis incuſabimur .

(*c*) Conf. cl. de Riegger Inſtit. Juriſpr. Eccl. P. I. S. III. Cap. 1. ubi §. 485. ex Ant. Florentis Diſſ. de orig. art. & auct. Jur. Can. *inter cauſas corruptæ Juris canonici doctrinæ eam* ponit *primam* , *quod plerique interpretum inſuper habuerint illius juris origines ſcrutari, jus vetus a novo diſtinguere, tractare vetera , contenti jure noviſſimo, quod uſu & tritura receptum putabant , parum animum advertentes ad* Can. *fuerunt* . Diſſ. VII. Enimvero

1. Ex monumentis antiquorum repeti ſubinde debent facta , mores , & conſuetudines ; ad quæ hoc illove ſacræ *Scripturæ* loco reſpicitur.

2. Hi-

Digitized by Google

2. Hiſtoriæ demum ſubſidio recte intelliguntur *Traditiones* multæ, ad quas a Conciliis & Patribus provocatur, & qualia fuerint *communia Eccleſiæ ſenſa*.

3. Intereſt ſæpe non tantum ad congregatorum *Conciliorum* occaſiones & damnatos errores, ſed ad plura attendere, quæ aut ante, aut poſt Concilium, aut in eodem contigerunt. Cuncta hæc nos hiſtoria edocet.

4. Illas, quas ſupra pro interpretatione SS. *Patrum* regulas retulimus, abſque hiſtoriæ adminiculo certe nemo eſt expleturus.

5. *Decreta* denique *Pontificum*, & *Conſtitiones Principum*, nec non earum, quæ inter hos toties ortæ ſunt, diſcordiarum originem & conſectaria nullus abſque hiſtoria tum eccleſiaſtica, tum profana rite explanare poteſt.

De ipſis hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptoribus, de Valore ac editionibus operum ab iis editorum nihil omnino mihi dicendum, ſed omnibus Juris Eccleſiaſtici ſtudioſis quam maxime commendanda ſupereſt Clariſſimi noſtri Ferdinandi Stoger Presbyteri Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ in univerſitate Vind. Profeſſoris Publici & ordinarii introductio in hiſtoriam Eccleſiaſticam novi Teſtamenti ad uſum ſuorum Auditorum. Vienn. 1776. quæ tam ob ſtylum quam methodum; tam ob eruditionem quam ob ſinceritatem cuivis erudito non probata eſſe non poteſt, certiſſimamque ſpem porro obtinendorum ab hoc viro inſignium laborum ſuppoditat. Evidens documentum: Providentia Auguſtiſſimæ noſtræ Mariæ Thereſiæ, ejuſque conſiliariorum & conſtitutorum ad id Directorum cura, Cathedris noſtris viros idoneos prorſus non deeſſe; & ex ſcholis, uti nunc ordinantur, ſtabilitis, exituros complures, qui de neceſſariorum & habilium Doctorum defectu, nos facile omni metu liberabunt.

(*d*) Huc pertinent antiquiſſimæ liturgiæ, Miſſalia, Pontificalia, Ceremonialia &c. & generatim notitia antiquitatum tam veteris quam novi teſtam. Præter ea, quæ habet Alexander Natal. in ſua hiſt. Eccleſ. extant Jo. Michaelis *Moſaicum jus*, 1773. J.H. Boehmeri Jur. Eccleſ. antiq. Diſſ. Halæ 1729. Pfaff. de Origg. Jur. Eccleſ. Tub. 1721. Edm. Martenne de antiq. Eccleſ. ritibus. Antwerp. 1736. Ejuſd. de antiq. Monachor. ritib. Lugd. 1690. Ejuſd. de antiq. Eccleſ. diſcipl. in divin. Offic. Lugdun. 1706. Walch compend. antiquit. Eccl. Lipſ. 1733. Lucii Paleotini antiquit. ſeu Orig. Eccleſ. Summa 1768. Bl. Hugolini Theſaur. antiquitat. Chriſtianor. Venet. 1744. 31. Tom. F. Bingham. Orig. Eccleſ. Halæ 1751. — 1760. Jo. Aſſemann Codex Liturg. Eccleſ. univerſ. Rom. 10 Tom. Pontificale Rom. Romæ 1726. Theſaur. Sacr. rit. Rom. 1737. 4. Vol. Ceremoniale Epiſcoporum Antv. 1713. item conſulendi ſæpe, qui de re diplomatica ſcripſere, veluti Mabillonius, Montfaucon, Martinius, Durandus, Muratorius, Abbas Gottwicenſis, Leibnitius, Ludewigius, Gudenus, Heumannus, & Steph. Alex. Wurdwein, qui ſcilicet recentiſſime edidit ſubſidia diplomatica ad ſelecta Juris Eccleſiaſtici Germaniæ & hiſtoriarum capita elucidanda Heidelberg. 1774. Quid quod & Ars Numiſmatica nonnunquam ſola, lucem adferre poſſit. Conf. Froelich. in tent. de re num. vet. cap. 1.

(*e*) Conf. S. Aug. L. 3. de doctr. Chr. v. 19. Voſſius in Iſag. Chron. Sacr. Petavius de doctr. temp. Tom. I. proleg. obtutu Geographiæ autem Car. a S. Amore, in Geogr. Sacra cum notis Holſtenii a Franc. Hallæ a. 1704. edita. Euſebii & Hieronymi opera Geographica cum ſuis & aliorum notis edidit *Clericus* Amſtelod. a. 1707. cumprimis vero celebris Hadriani Relandi *Palæſtina* & Samuelis Bochardi Geographia ſacra & quoad hodiernum Eccleſiarum, Epiſcopatuum & Abbatiarum Statum, Miræus in Politica Eccleſiaſtica & notitia Epiſcopatuum & ordinum Regularium, quem prænotationibus Jur. Can. adnexuit. Douiat. p. m. 597.

(*ſ*) Ars critica, quali hic indigemus, eſt ſcientia docens modum, facta, ſcriptave ſincera a commentitiis ſecernendi, atque veram de iis eruendi ſententiam. Carere hac ſcientia tum potuiſſemus quando nulli veterum libri oſcitantia, imperitiave *deſcribentium*, aut *librariorum* mendis repleti, nulli *falſariorum* data opera corrupti; nulli ipſorum *ſpuriæ* criticæ ſectatorum licentia depravati; nulli porro libri non penitus antiquis falſo fuiſſent adjudicati, aut *ſuppoſiti*. Igitur has tibi paucas adnota regulas.

1. *Indicium libri ſuppoſiti eſſe, quando in codicibus ejus, qui haberi poſſunt, vetuſtiſſimis, alteri tribuitur auctori, niſi alia gravis adferatur ratio, cur ejus non ſit habendus, cujus nomine antiqui Codices circumferuntur.* Mutilati *vero argumentum eſſe, ſi eſt aliquid in vetuſtis codicibus, quod in recentioribus nequidquam quæſieris.* Interpolati denique, ſi habent aliquid novi, quod in vetuſtis codicibus deſideratur.

2. *Genuinum eſſe librum, atque integrum, in cujus codicibus recentioris ævi omnia eadem reperiuntur, quæ ſunt in vetuſtis, ſi nulla ſubſit alia dubitandi ratio. Contra ea, ſi quæ a veteribus ex aliquo libro olim prolata ſunt, in his, quibus nunc utimur, ejus libri editionibus aut deſiderentur omnino, aut aliter legantur, vel alium a vetere illo, vel mutilum, vel denique ſuſpectæ fidei habendum eſſe.*

3. *Quæ aperte rejecta, aut in dubium revocata ſunt a veteribus, ea propter auctoritatem recentiorum, niſi graviſſimis munitam rationibus, veluti genuina admitti non debere.*

4. *Scri-*

4. *Scriptum in quo res aut perſonæ, aut denique nomina rerum auctore, cui tribuitur, recentiora continentur; haud dubie ſpurium eſſe vel interpolatum.*

5. *Si liber vetus controverſias poſt auctorem natas, aut recentioris alicujus ſcriptoris imitationem exhibet, certiſſimum id libri illius aut ſpurii aut interpolati indicium eſſe.*

6. *Quod ſi denique ſtylus aut cum illo ſcriptoris, cui tribuitur, aut ſæculi, quo vixiſſe perhibetur, non congruit, ſi vocabulis utatur nondum illo notis ſæculo, id non minus ſcriptorem indicere recentiorem, vel libri interpolationem.*

Quæ omnia latius exponit cl. de Riegger l. c. Cap. 4. Conf. Ch. H. Eckard Hermeneutica Juris Jen. 1750.

(*g*) Omitto alia Juriſprudentiæ Eccleſiaſticæ ſubſidia, quæ & in reliquis Juriſprudentiæ partibus, & in aliis ſcientiis ita conſiſtunt, ut non tantum purior Philoſophia, ſed & jam ſcientiæ politicæ, atque per humaniores literas adquiſitus melioris guſtus, imo allatæ a teneris genuinæ notiones de religione, ad efformandum Eccleſiaſtici Juris prudentem quam maxime conferant. De hiſce profecto toties convincor, quoties tam ad veteres, quam recentiores noſtros literarum elegantiorum authores; ad libros in politicis & ſpeciatim ad illos a Cl. noſtro de Sonnenfels editos, & denique ad Scholas *Normales*, quæ pro omnigenis rectis notionibus jam teneræ juventuti imprimendis ab Auguſtiſſima noſtra tam provide & ſapienter ordinatæ ſunt, jucunde meum animum adverto.

(*h*) Quandoquidem certiſſima ſunt illa, quæ tenenda eſſe perſpeximus Juris Eccleſiaſtici Principia, cur non iis præmiſſis legitima progredi ratiocinatione, & recto ordine corollaria deducere, ſeu quod idem eſt, cur non in Juriſprudentia quoque eccleſiaſtica Mathematicam ſaltem methodum adhibere liceret? Sed intelligens aut profecto non eſſet, aut non eſſe vellet is, qui inter hanc propoſitionem: *Theologiam & Jus canonicum ſcientifice & methodo mathematica tradi debere*, & inter alteram, *Theologiam & Jus Canonicum illa ſtricta veſte mathematica non indui debere* contradictionem adeſſe conclamaret. Enimvero: methodus mathematica in cunctis ſcientiis eatenus adhiberi debet, ut ex principiis certis, & præmiſſis legitimo nexu corollaria deducantur; Non vero illa ſtrictiſſima veſtis mathematica ad omnes etiam poſitivas ſcientias quadrat; hoc ipſo, quod tales ſcientiæ non ex unico tantum ſola ratione eruendo principio, ſed ex pluribus diverſiſque revelatis & poſitivis profluant; taceo, quod illi, qui in poſitivis etiam ſcientiis omnia in ſexcentas definitiones, theoremata, hypotheſes, obſervationes, ſcholia, lemmata, Corollaria dividi debere exiſtimant, ejuſmodi ſcientiis inanes ambages, atque obſcuritatem, ſuiſque lectoribus nauſeam procurent, atque veriſſimum fiat, quod Cl. Schott ad Ignatii Mulzer præcognita in Juriſprudentiam Eccleſiaſticam ita animadvertit: *In methodo inſtructionum mathematicarum unum ſummatim Propoſitum videtur eſſe, ut ſine ulla neceſſitate res, tribus verbis explicandæ, per quoddam chaos theorematum & conſultorum, quæ illas in majorem ambiguitatem ac implicationem inducant, explicentur:* Critices vigeſimusoctavus articulus N. 7. in tertio libro, pag. 551. Conf. etiam Cl. & Reveren. Abbas Rautenſtrauch in proleg. Inſtit. Juris Eccleſ. §. 4. in not. & in Schemat. Theol. pag. 4. item Hom. melii litteraturam Juris L. 1. Cap. 14.

(*l*) Juſtus atque prudens qui eſt, ſi quod ipſi non competit, non tribuas, aut repetas ab eodem, (debito ceterum honore præſtito), haudquaquam offendetur, imo alienis juribus atque ſuis præjudiciis, modeſte de iiſdem convictus ſeſe ultra abdicabit. Ut igitur rem cum acerbitate agas, neque neceſſarium eſt, neque conſultum, quandoquidem ipſa hæc acerbitas animos eorundem, quos obtento tuo fine retinuiſſes amicos, a te non abſque bonæ fidei deminutione avertere non poteſt. Sed & illi, ad quos aliter formandos ſolam Deucalionis artem inter vana reponis vota, credo mihi, continuata illa ſola veritatum modeſta ſuggeſtione, atque ſi religioni, ejuſque miniſtris ſummam a te reverentiam exhiberi uſque conſpicient, tandem non manus ſolum, ſed & ſuum quoque animum, ſuumque intellectum tibi amice jungent.

FINIS PROLEGOMENON.

VAA 1530768

Digitized by Google